





•Quod SS. Trias  
benè vortat!

Sequentes Conclusiones

DE OBLIGATIONI-  
BUS DIVIDUIS ET INDIVI-  
viduis, earumq; effectu & usu in jure civili,  
canonico & feudal

Approbante Ampliss. in percelebri Salana  
*7* Ctorum ordine

SUB PRÆSIDIO

V. Cl.

JOHANNIS SVEVII  
Antecessoris,

Pro consequendis summis IN UTROQUE  
JURE titulis & privilegiis

Ad D. XXVIII, Febr. horis locoq; notis examinadas  
proponit

THEODORUS Sizmann  
Thuringus.

JENÆ,

Typis HENRICI Rauchmaulſ.

ANNO 1613.



# Virtute, eruditione & splen- dore generis nobilissimis juvenibus

WOLFGANGO ERICO

&

CHRISTIANO

} à Brandenstein/

fratribus germanis, Eqq. Misn. olim discipulis, nunc dominis  
& auctoribus amandis & estimandis,

S. P.

## Nobiliss. Juvenes

Efero vobis absque illâ verborum circuitione conclusiones,  
quas pro consequendis summis in utroq. iure titulis & prílegiis  
proposui. Excerptas facile intelligitis ex IV. illis libris, quos  
de subtili & utili hac iuri parte in Academiâ Lipsiensi concinnare  
jam tum parabam, cum auctoritas parentis vestri, viri magnifica nobilitate,  
& nobilis magnificientia conspicui, patroni mei incomparabilis, eam relinquare  
potiuberet. Quod si Politicorum & Historicorum libris sepositis eas attente, ut  
mos est vester, perlegeritis: nullus dubito, quin summâ animi cum jucunditate  
& redituri sitis in antiqua studia, & respectu ad illos amos, quibus ex eph-  
ebis nondum egressi, manibus ea versabatis assiduis. Neg, hac de re in presenti plu-  
ra. Id pratermittere nec debeo, nec possum, quod in Probo Imp. scribit Flav.  
Vopiscus, neminem unquam pervenisti ad virtutum summam jam matu-  
rum, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus aliquid incly-  
tum designasset. Id sane si quis studiorum & conditionis vestre non ignarus, re-  
motâ invidiae nube, consideret: inservi i nequaquam possit, vos egregia patrie lu-  
mina & columna futuros. Quo in omni acquisiensi, utrumq. vestrum bene fa-  
cere, ac preclarè rem gerere animitus opto. Jene XVIII. D. Februarii,  
Anno Salutis id est CXII.

V V.

Theod. Citzman,

DE OBLIGATIONI-  
BUS DIVIDUIS ET INDIVI-  
duis earumq; effectu & usu in jure ci-  
yili , canonico & feu-  
dali.

## CONCLUSIO

### I.

UM materia omnis obligationis sit duplex, autem, sive quod datur; aut factum sive opus: a) scitè JC. Paulus scribit, stipulationum quasdam in dando, quasdam in faciendo consistere. (b).

a) §. non solum. I. de V. O. §. est autem. v. quicquid te mihi. I.  
Quib. mod. toll. oblig. b) l. 2. ff. V. O.

### II.

Dari propriè dicuntur res, quarum alia divisionem admittunt, alia non. Divisio duobus modis accedit, corpore & intellectu. Corpore dividuntur res omnes sub sensum cadentes, & quidem vel salvâ ipsarum substantiâ, a) vel cum damno & perniciè. b) Intellectu, quæ vi quadam mentis & cogitatione secernunt & dispescuntur. c) Divisionem res non capiunt, quarum ea est natura, & conditio, ut partes ex illis factæ nullam plenè adferant utilitatem.

a) Cuiusmodi sunt, qua communis specie continentur, & in gene-  
re suo functionem recipiunt l. cum Stichus 29. ff. de solut. l. 2. §. mu-  
tui, ff. dereb. cred. Item fundus, ager, domus. §. eadem Instiuit. de off.

A 2 jud.

Jud. l. planè 34. §. fin. ff. de legat. 1. l. Caius. 86. §. Titius. ff. de legat.  
2. l. si quis duas 6. §. si quis pariem. ff. com. præd. l. locu. 60. ff. de V. S.  
b) velut in homo, equu, navis, ararum, statua, & similes, d. § eadem,  
v. quod si commode, l. quasitum 12. §. si quis eodem, ff. de instr. vel  
instr. leg. l. fidei commissa 11. §. pen. de legat. 3. Atq. buc omnino pertinet  
benedictum illud A. Cascellium maximis suâ etate juris consulti, & curia  
Praetoriis peritiissimi, testante Q. Scavola apud Val. Maxim. lib. 8. c.  
13. Etenim mercatoris discedere à societate volent, & quemadmodum  
cum socio navem dividere, interroganti, respondisse traditur: Navem  
si divides; nec tu nec socius habebitis, fac. l. quid tamen 10. §. in na-  
vis, ff. quib. mod. ususfr. am. Hinc liquidò patet; quam dolosè egeris  
Q. Fabius Labeo, etiam à Cicerone 1. offic. ob captionem reprobatur,  
qui cum à rege Antiocho, quem bello superaverat, ex federe isto  
dimidiata navium partem accipere debere, medias omnes se-  
exit, ut totâ classe eum privaret, auctore eod. Val. Max. lib. 7. cap. 3.  
Coniuit igitur Cascellius ad iudicationes & condemnationes decurren-  
dum, ut uni navis astimata, addicatur, isq; medium estimationis socio  
præstet, cuius Cascellius benedictum præter Macrob. lib. 2. Saturn. c. 6.  
nobis servavit Quintilius. lib. 6. c. 3. Sanè per quam pernicioſa & cru-  
enta futura erat illa divisio, quam urgebat Ascylos apud Petron. Ar-  
bitrum, qui si partem suam abscidisset gladio, nec ipse, nec socius habu-  
issent puerum. c) qua secretio & divisio non tantum est rerum qua-  
rundam incorporalium, & ut loquitur Seneca de brevitate vita, c. 8.  
sub oculis nō venientiū, l. sicut certo 5. ff. commod. l. ea qua 6. C. fam. erc.  
verum etiam corporalium, tam carum que dividi possunt salvâ substanci-  
â, quam earum que dividi non possunt sine detrimento. De illis lo-  
quitur l. Meius 66. §. sed se pars ff. de legat. 2. de his l. servus commu-  
nis 5. ff. de stip. serv. Ad utrasq; pertinet. l. Pomponius 8. ff. de R. V. l.  
non amplius 26. §. fin. ff. de legat. 1. d) ut sunt servitutes præter usumfr. o-  
mnes, l. stipulationes 72. ff. de V. O. l. via 17. ff. de servit.

### III.

Verbum *Facere*, licet dationis quoq; causam complectatur:  
a) angustius tamen in hoc argumento sumitur, & opponitur ver-  
bo *Dandi*, b) Factorum autem genera duo sunt, quædam *nudâ*,  
quædam *non nuda*. Illa divisionem omnem refugunt, c) hæc  
non item. d)

a) l. verbum facere 218. ff. de V. S. l. in facto 60. ff. de cond. &  
dem. b) l. 2. ff. de V. O. c) vel quia expediri pro parte non possunt,  
vel

vel intellectu expedita nullum possit se vestigium relinquunt, quod commoditatem aliquam adferat, contra naturam legis, que ad usum finemque aliquem vi et utilem refert omnia. d) quia causam bonorum continent, & effectum iuris habent, hoc est, post serelinquunt aliqua, quod in iure, non in mero factu consistit.

IV.

Hic ita præmunitis, cognitu non erit adeo difficile, quomo-  
do stipulationes aliae, obligationes dividuæ sint, vel individuæ.  
Etenim cum rerum & factorum, que in obligationes veniunt, ea  
sit natura, ut præstationem aut recipient, aut non recipient: ne-  
mo dubitaverit quin contemplatione recipientium sint dividuæ,  
non recipientium, individuæ.

d. l. 2. §. 1. verb. & harum omnium quædam partium, præsta-  
tionem recipiunt, quædam non recipiunt, que verba nonnulli per-  
tinere negant ad virumq; membrum premissa divisionis, quâ aliae stipu-  
lationes in dando, aliae in faciendo. Male! I. quia f. C. ait: & ha-  
rum omnium. II. quia non tantum stipulationes in dando posse sunt  
dividua, vel individua, sed etiam in faciendo.

V.

Aliud statuendum erit, si non species ipsam rerum condi-  
tionem, sed executionem obligationum, cuius species JC. Paulus  
in unum coegerit, & succincta atq; ingeniosa divisione compre-  
hendit.

I. in executione 85. ff. de V. O. Ait: in executione, obligatio-  
nis sciendum est quatuor causas esse. Executionis nomine hic omnino  
intelligitur petitio ex parte attori sive creditoris; & solutio, ex parte rei  
sive debitoris. Pinge, in stipulationem aliquid esse deductum. Quis  
modus erit obligationis execuenda? quadruplices. Velenim petetur id  
& prestabitur simul tetrum, vel petetur pro parte, & prestabitur totum;  
vel petetur totum, & prestabitur pro parte.

VI.

Inter res partium præstationem recipientes potissimum  
omnium consensione locum obtinet summa.

I. 2. §. 1. verb. veluti cum decem dari stipulamus. ff. de V. O.  
I. stipulatus sum 9. v. qui decem. ff. de solut. I. nam eris fuit 13. §. unde  
Rapinianus, cum §. seq. ff. de reb. cred. V. g. cum decem dari mihi si-  
pulatus sum, stipulatio dividua erit, quia decem dividii & partes pre-  
stari possint. Itaque si tu, qui decem debes partem, solveris:  
in parte obligationis liberaberis, & reliqua quinq; sola in obligatione

remanebant, d. v. qui decem. Idem obtinet in heredibus, qui partem hereditariam solvendo liberantur. Sed in hoc est differentia, quod cum defuncto, qui nihil solvit, est alio in solidum: cum heredibus tantum pro parte hereditaria, l. pacto 26. C. de pact. Eadem quoq; ratio in fideiussoribus, d. l. 2. §. idemq; est. Nam ut inter plures heredes obligatio, qua natura sua dividua est, ex L. XII. Tab. dividitur ita inter heredem ex Epistola D. Hadriani, §. splures, l. de fideiuss. nisi forte unaquisq; in se reperit totum debitum, tum enim observabitur quod scribit Salvianus Massiliensis Epis. lib. 2. contra avaros. Nunquid aliquis idem minus debet, si & alius idem debet? aut si centum hominum cautiones de centenis festertiis scriptae sint, num idcirco allevatus unus debitus, si omnes sint ejusdem numeri debitores?

### VII.

In quibus ex parte obligationis liberatio utiq; contingit, si pars solvatur creditori volenti, non si invito.

I. tutor 41. §. Lucius. ff. de usur. cui texui opitulantur haracteres. I. quia solutio & exactio parviam non minima incommoda habeat, l. plane 3. ff. fam. erc. II. quia iniquam conditionem creditoris inferret, si ipso invito partem eius, quod debet, solveret, contra l. non debet 7. 4. ff. de R. 7. Et istud Seneca 7. de benefic. c. 19. Reddere est id, quod debetas, ei, cuius est, volenti dare. III. quia iura eum, qui minus solvit, non alter habeant, ac si nihil solvisset, arg. l. sed miki 3. §. 1. ff. commod. l. illud quoq; 7. §. sicnius. ff. de tribut. act.

### VIII.

Quæ causa est, quod venditor rem venditam pignoris jure usq; adeo retinere possit, dum precium universum solutum accipiat; & quamvis emptor venditori partem precii offerat, actionem tamen ex emulo nihilo magis consequatur.

I. Julianus 13. §. offerri, ff. de act. empt. cui text. suffragantur l. his consequenter 18. §. Celsus etiam, l. heredes 25. §. idem observatur ff. fam. erc. l. qui pignori 19. ff. de pign. l. ob signatione 9. C. de solut. Rationem fuggerit Pontifex, quia studiosè sit agendum, si ea, quæ promiscuntur, opere compleantur. c. qualiter, ex ir. de pact.

### IX.

Si tamen initio de parte solvendâ convenerit, a) vel totum debitum non fuerit liquidum, b) vel alterum ex diversis causis integrum offeratur, c) vel annum tributum in tres solutiones divi-

dividatur, d) vel libertatis favor intervenerit, e) particula-  
tim fieri poterit solutio.

a) d.l. tutor 41. §. *Lucius*, ff. de usur. b) l. permittendum  
8. ff. si pars hered. l. quidam existimaverunt 21. ff. *dereb. cred.* c) l.  
fin. ff. quib. mod. pign. d) l. placuit 4. C. de collat. fund. pat. e) l.  
cumeres 4. §. item si decens ff. de stat. libi.

X.

Idem dicendum erit, si ex cautione judiciali plurium no-  
mine prestata, pena debeat, & unus status non sit. Quippe si  
eo casu pars summæ pro rata portione unius offeratur, exceptio-  
ne doli utetur is, qui ex hac stipulatione convenietur.

l. si servus 9. §. si pluriū. ff. si quis cauſt. I. quia Praetoris & con-  
tra habentium ea mensa fuit, ut non nisi in vicem eius, quod interforet, pe-  
cunia ad penam destinata deberetur, II. quia improbus est, qui bie  
idem vult consequi, l. si quis dole 51. §. i. ff. *dere iud. quod certè fieret*, si  
unus ex servis status non esset, & nihilominus pro eo quoq; pena debe-  
retur.

XI.

Summis recte subjunguntur vinum, oleum, frumentum & 2-  
li res, quæ in genere suo functionem recipiunt, a) & Quantita-  
tis vocabulo comprehenduntur. b)

a) ad quas, uti & ad summas, refero illa verba Seneca 7. de  
benef. cap. 5. Reddere est rem pro re dare. Quid ni? cum omnis  
solutio non idem reddatur, sed tantundem. Quomodo autem res  
iste divisionem capiant, evidenter docet Vlp. In numeris (inquit) &  
oleo, & frumento, & similibus, quæ communī specie continentur,  
apparet hoc actum, ut numero dividatur obligatio, l. cum Sti-  
chus 29. ff. de solut. b) licet enim multis LL. quantitatis vocabu-  
lum stricte accipiatur de sola pecunia numerata: sunt tamen aliae LL.  
in quibus idem vocabulum latius sumitur pro quaerire, que pondere,  
numero & mensura constat, veluti l. arbitraria 2. §. fin. iunct. l. ideo,  
seq. ff. de eo quod cert. l. si ex precio. C. si cert. pet.

XII.

Eadem causa est species, hoc est, rei alicuius determinata,  
quæ in obligatione versatur.

l. pars stipulationis 9. cum l. seq. l. qui hominem 17. ff. de accept.  
l. non solum 7. ff. de lib. leg. Enim etiam in obligatio inter plures cre-  
dores plurimi debitores eorumque heredes ita in partes dissecatur, ut uno

excre-

ex creditoribus non plus debeatur, neq; unus ex debitoribus plus debeat,  
quam pro parte vel sua vel hereditaria, l. in stipulationibus 54. l. in exe-  
cutione 85. ff. de V. O.

### XIII.

Quantumvis autem obligatio summa vel alterius quanti-  
tatis comparetur obligationi speciei vel corporis: a) id tamen  
inter eas est discrimen, quod hæc dividatur partibus sive pro divi-  
so, b) sive pro indiviso, c) illa vero numero. d)

a) l. stipulatus sum 9. ff. de solut. b) l. Cajus 86. §. Titius. ff. de  
legat. 2. e) d. l. in stipulationibus. l. servus communis 5. ff. de stip. servi.  
d) l. si socius 17. ff. de reb. cred. l. cum Stichus 29. l. si cui numeros  
94. §. Si autem, ff. de solut. cuius rei usus maxime conspicitur in here-  
dibus, ut & 5. mons concl. 6. V. g. Titius, qui 12. modios frumenti mihi  
debet, mortuus est, tribus heredibus relitti. Hic singuli heredes qua-  
tuor mihi debent, nec conditio obligationis immutatur, siquidem tan-  
tundem illi praestare coguntur, quantum defunctus, cui successere, de-  
buit, etiamq; separavit, nec eodem tempore suam quisq; quotam praes-  
tit. Quid verò, si duo ex heredibus moriantur, an tertius, qui super  
est, & factus est heres suorum coheredum, in vito creditoris ex 12. mo-  
dios frumenti quatuor particulariter solvere poterit? Nequit quam in-  
vito poterit, sed obstrictus erit ad solvendum totum, perinde aq; si solus  
Titio heres existisset, quia obligatio reddit ad ius suum, quod lex naturæ  
ejus tribuit. & planè sua formare redditur, arg. l. si unus 27. §. pactus ne-  
petere, v. quod & in specie ff. de pact. Aq; huc quidam DD. non in-  
scire, si ius juris respiciat, allegant vers. Boethii 3. de consolat. Philos.

Repetunt proprios quæq; recursus,  
Redituq; suo singula gaudent.

quos à Senec. 5. de benef. c. 8. mutuatum esse quivis subodorabitur, cum  
non naris obesa est.

### XIV.

Itaq; si mihi & Sempronio promittas Pamphilum, neque  
mihi neq; illi totus Pamphilus, sed utriq; pro parte, indivisim ta-  
men, præstabitur. a) Si mihi soli promittas, pro parte eum pote-  
ris præstare, sed ex solutionis conditione tum demum liberaberis,  
cum & reliquam partem in eodem Pamphilo solveris.

l. in stipulationibus 54. ff. de V. O. Aggenus Urbicus in com.  
ad Jul. Frentin. Si communes sunt arbores, media notentur, & ad  
utrumq;

utrumque pertinent. b. e. qualibet arbor sicutem nūm est, nō quasi singulorum tota, sed pro partibus nūq; indiscretis, arg. l. servus communis s. ff. de stip. serv. b) d. l. 54. l. stipulatus sum. 9. v. item quiff. de joint. Idem jus observatur in hereditibus. Quippe si unius solvetur Pamplo pars pro hereditariā partione, aut unus partem præstabit, pro ea parte non contingit liberatio, nisi coheredibus debitas partes ceteri solventes coheredes in eodem solverint. l. 2. §. 1. ff. de V. O.

### XV.

Pecunia, quæ est in arca, frumentum, quod in horreo, vi-  
num, quod in apothecis, licet exemplo cuiuslibet corporis certi  
estimantur: a) Si tamen debeantur, præter naturam & subtilita-  
tem obligationis numero illorum fiet præstatio. b)

a) l. talis 50. §. item si legetur pecunia, l. cum res 47. §. 1. l. sed se-  
certos s. ff. de legat. 1. b) arg. l. 1. §. si pecunia in sacculo. ff. depos. Ra-  
tio elicienda est ex commodiitate divisionis, & utilitate contrahentium,  
qua utilitas Horatio sermon. 1. sat. 3.

Justi propè mater & equi.

### XVI.

Genera plura ex obligatione debita, numero dividuntur, ve-  
luti, si cui promittam decem homines, decem equos, vel res si-  
miles.

l. in stipulationibus 54. ff. de V. O. Genera quare cons. nostrī vo-  
cant, qua vulgo Peripateticī species: & species, qua Peripateticī po-  
suiū individua. V. C. apud Peripateticos animal est genus, homo spe-  
cies, Socrates individuum. Sed q̄ Cetis homo dicuntur genus, Socrates  
species. De generibus enim superioribus nihil est in disciplina iuris no-  
strī. Genera verò in cā frequētū occurrentia ferē sūnt illa, quare cen-  
sentur in Plinio 33. natural. hist. 6. 10. C. Asinio Gallo, C. Mario  
Censorino Coss. ad VI. Kal. Febr. C. Cæcilius Claudius testamento suo  
edixit, quāvis multa, civili bello perdidisset, tamen, relinque-  
re, servorum, quatuor millia, centum, sedecim, juga, boum tria-  
millia sexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta septem millia,  
in numerato H. S. sexcenties.

### XVII.

Exinde liquidò apparet, idem jus esse in executione & di-  
visione hujus obligationis, quod est si quantitates debeatūr,  
quas itidem numero dividi assertum est, non partibus, ceu divi-  
duntur species.

3. conclus. 11. Numero autem dicitur fieri divisio, cum singulis  
res separatis attribuitur: partibus, cum non separatis, sed conjunctis  
duobus una res attribuitur, utrig<sup>o</sup> pro parte. Itaq<sup>o</sup>, si servus mihi & Sem-  
pronio communis stipulatus sit decem homines: hic sive divisio numero  
inter me & Sempronium, qui sumus domini. Verum si idem servus stip-  
ulatus sit Erotē & Pamphilum: non attribuetur mihi Eros, & Sem-  
pronio Pamphilus, sed utrig<sup>o</sup> attribuitur Eros, & utrig<sup>o</sup> Pamphilus,  
ita, ut in utrig<sup>o</sup> partem utrig<sup>o</sup> nostrum habeat. I. cum Stichis 29. ff. de-  
solut. Senet. 7. de benef. c. 12. Non mihi sic cum amico communia o-  
mnia sunt, quomodo cum socio, ut pars mea sit pars illius. Sed quo-  
modo patri matris; communib[us] liberis sunt: quibus, cum duo sint, non  
singuli singulos habent, sed singuli binos. Item si stipularior dece-  
das, cui decem homines debeantur, duobus vel pluribus heredibus  
velictis: numero inter heredes tam stipularior, quam promissorior  
sive divisio, d. l. in stipulationibus. Est enim ea divisio expeditior, nec  
peritos estimatores postulat, cum electio debitorum decur corporum, qua ob  
idejusdem estimationis videntur, ut lex dividendam hac ratione obli-  
gationem satius putaverit, quam in partes corporum, ne iudicio divisio  
deinde opus sit, arg. l. ea, qua C. fam. erit. Quid ergo, si in cuiusque  
homino debeantur, vel qui promiserat, moriantur quaevis hereditibus re-  
lictus? Omnipotenter inter heredes numero dividetur obligatio, ut singuli nu-  
nunc debeant, vel singulis debeatur unus. In quarto singuli partem ne  
debent, ita etiam singulis pars debet dicetur. Quid tamen? quia in cate-  
ris plane manet generis promissio, tam quoad naturam, quam condicio-  
nem contractus fore solutionis. Sed quo ad quantum hominem, ex ac-  
cidenti isolationis causa redditur, instar unius hominis promissi, arg. d. l.  
in stipulationibus, §. operarum. I. cum incertus 13. ff. de legat. 1.

#### XVIII.

Differentiatio inter genera & species, cur videlicet in ge-  
neribus fiat divisio numero, in speciebus partibus, est, tum quia  
una species sepe praestat alteri, tum quia effectio cadit in species,  
ut una sit acceptior, quam altera. a) quae duo non cadunt in ge-  
nus. b)

a) Nemo igitur inficiabitur, injuriā alteri aut domino aut be-  
pedisfutram, si deterior species vel minus desiderata & expedita illi ce-  
deret. Appositus Isidorus Pelusiota 1. Epist. 422. Majus & minus in  
iis, quae eandem substantiam habent, queritur ac perpenditur V. g.  
homo hominē major est, & bos bovē, & equus equo. Quintilian.

in declam. cui tit. *Gemini langentes*: In plerisque quamvis sit indiscretta facies, invenitur tamen aliis oris sonus, habitus, incessus: & ut ipsa consentiantur, diversa mens, contrarii mores, & vita genera rixantia. b) *I. quia illud est incertum, undeneq; de bonitate, neq; de amore, aut affectione ibi agi potest.* II. *Quia contrahentibus id est conducibilius si cuig; proprium attribuatur propterea sixas & discordias sedandas, quas materia communionis soleat excitare l. cum propter 77. §. dulcissimis ff. de legat. 2. de quibus factum existat exemplum apud Philosophum Aledanensem lib. 10. Metam. ubi ex duobus fratribus unico contubernio communem vitam sustinentibus, sic alter alterum competit. At istud jam neq; aquum, ac ne humanum, fidem minnere, quotidie, ac partes electiores surripere: atq; his divenditis, peculum latenter augere, de reliquis aquam vindicare divisionem. Si tibi denique societas ista displaceat, possimus omnia quidem extera frates manere, ab isto tamen nexus communionis discedere. Eadem quoq; et ratio de Quantitate, ut: *Dabis mihi centum? inter heredes meos siet divisio numero, & si duo sint, uni quinquaginta, & alteri totidem cedent, quoniam nec in quantitatem cadit vel affectio, vel præstantia, cum iherares que pondere, numero, & mensura consentient, & in genere suo functionem recipiunt, similes sint generi.* l. 2. §. 1. ff. de reb. cred.*

### XIX.

Obligatio certorum hominum, quos creditor heres eis elegerit, mortuo quidem creditore ante electionem dividitur numero: post eam mortuo, dividitur specie vel corpore.

l. *Si centum 117. ff. de V. O. Ratio diversitatis est, quia ante electionem obligatio centum hominum est obligatio generis, id est, rei incertae: Sed post electionem a creditore defuncto factam, jam res sunt certae. Atque in obligatione generum divisio fit numero: in obligatione specierum fit partibus.*

### XX.

Interdum verbo, *homines*, intelliguntur homines certi, ut cum Ulpianus ait, dimidiis singulorum partes deberi, si quis aut duos Stichos, aut communis duorum servo homines decem dare promiserit.

l. *cum Stichus 29. v. idem q; est ff. de solus. ubi certos homines intelligi suaderet non solum ratio iuri: sed etiam series & conjunctio exemplorum, que afferuntur. fac. l. qui hominem 17. ff. de acceptil.*

X X I.

Quemadmodum genera dividuntur numero, ita & Opere;

a) quas in jure nostro inter res referri non est ut quisquam dubitet. b)

a) l. in stipulationibus 54. §. operarum ff. de V. O. b.) medicus 26. §. item rogavi. verb. si eas operas liberti dare nolent. ff. de oper. libert. l. cum patronus 22. ff. eod. ubi Cajus distinguuit inter operas, & res ceteras, atq; liberum istas parvono, licet debitas, non prestare, nisi exigent. Quod consuetudo applicuit vasallo, qui itidem non tenetur prestare operas, nisi vocatus, c. 21. F. 1. c. 28. F. 2.

X X I I.

Sanè si patronus à liberto sibi operas octo dierum sit stipulatus, & mortuo patrono duo existant heredes: libertus illis operas prestabit numero h. e. uniheredi quatuor dies, & alteri totidem, sive singulis quatuor & non simul utriq; octonas.

l. libertus 15. §. i. ff. de oper. libert. Idem erit si servus duorum patronorum communis stipulatus fuerit operas octo dierum à liberto. Unicim domino quatuor, & alteri totidem prestabuntur d. l. 15. Clavir & insignioribus rei usus est in feudi, si videlicet plures sint senioris heredes, omnibus quidem à vasallo hominum & obsequium est prestandum, fidesq; juranda, arg. c. 26. §. omnes, F. 2. At sine vasalum promississe seniori per annum operas militares, fortè bimestres vel trimestres; an singulis deinceps ejusmodi opere prestabuntur? Minime gentium! Id enim effet multiplicare operas & onus feudi, cum tamen obligatio proper successionem facili & causâ heredum mutari non debat, arg. l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. de exercit. ait. l. 2. §. 1. ff. de V. O.

X X I I I.

Una verò opera si prestanda sit, ea vel absolute consideratur, vel relata. Si absolute, est individua. a) Si relata, dividua. b)

a) l. libertus 15. §. neg. ff. de oper. libert. Rationem reddit Pomponius in l. operas 3. §. nec pars ff. d. t. ubi ait, partem, opera per horas solvi non posse, quia id sit officii diurni, b. e. cum operantibus adua sit, quam officium diurnum; l. 1. l. cum patronus 22. ff. d. t. consequens est, ubi diurnum officium non est, ibi nec operam ullo modo esse. Proprietea liberto, qui sex horis ante meridianis prestò fuerit, liberatio ejus temporis non continget, quia nec totius diei contingere potest cum non eo die prestò fuerit, qui sensu est d. l. 3. juncta l. 2. in fin. ff. de ann. legat. b) Relata consideratur opera, cum non spectatur leges artificia-

in opere, sed eju utilitas & estimatio, l. si quando s. ff. de op. liberi.  
(cui l. violentas manus insert Conjector acutissimus, qui voculam ope-  
ras restringendo substituit operam, cum tamen vetus & Florentina lelio  
sine illa absurditatis noscere retineri possit) Neg, enim sicut opera ipsa pre-  
standa est individua, ita & opera estimatio individua dici potest, cum  
omnis estimatio consistat in pecunia numerata, cui vel ex nomine ipso  
hoc maxime convenit, ut ex numero recipiat divisionem. Quid mul-  
tis? rem totam explanat Julianus in d. l. 54. insin. ff. de V. O. Quod  
si unum (inquit) operam servus communis stipulatus fuerit: necesse est ut  
tri; domino cum parte opera tantam, quantam in servo habuerit, perte-  
re. Solutio autem eius obligationis expeditissima est, si estimationem operar  
malit libertus offerre, aut si consentiant patroni, ut his communiter operar  
edantur. (qui texius uidem non effugit correctionem celeberrimi Conje-  
ctoris modo à me modeſtè & sine rebreſi. Scribit enim Julianus nego  
de futurā, nego de præteritā operā commode posse intelligi, & immane  
quantum, mox suo, invehitur in Tribonianum. Ego puto Julianum  
defendip posse, nqz Tribonianum confusoris & temeritatis, quod ille  
facit, hic insinuandum) Vxius hujus rei non est nullus in feudis. Nam  
si loco opera militaris heredes domini à vasallo petant, aliquot millia  
Philippicorum, vel commicatum, & id genus alia, que divisim praefari  
possunt, cuilibet pro ratâres praefabatur, arg. §. omnes, c. 26. F. 2.

X X I V.

Vsum fructus esse dividuum constat non tantum ex multis  
juris locis; a) sed idem confirmari potest argumento ex jure ac-  
crescendi, b) & à dominio, cui in multis similis est ususfructus. s.)

a) l. ususfructus 5. ff. de usufi. l. is qui fundum 31. ff. de usu &  
usufr. leg. l. i. §. ususfructus, ff. ad L. Falciid. l. & puto 16. ff. sam. erc.  
l. communis 7. §. cum de ususfructu ff. com. dev. b) quod jus non habet  
locum nisi in rebus dividuis. sive ubi partes concursum fieri possint, aut fo-  
lent, l. idem Neratius 3. ff. de usufr. accresc. In ususfructu autem locum  
esse juri accrescendi notum est ex d. i. c. l. 4. & seq. ff. de usufi. l. cum  
filiis 76. §. dominus. ff. de legat. 2. Vnde dominati fruendo dixit  
Alcimus Avitus, Vienn. Episc. de orig. mundi, v. 136.

Solus habe, solisque prior dominare fruendo. Imò Cic. lib.  
7. Epist. ad Caium 31 pro uno & eodem accipere videtur dominium  
& usum fructum, his verbis: Id cuiusque est proprium, quo quisq;  
fruatur atque utitur. Dominium autem esse dividuum, certum est, quia  
possunt duo ejusdem rei esse domaini pro parte indivisa, l. si ut certo s. §.

*fin. ff. continet. quod referendum illud Iulii Frontini, de controv. limit.*  
Est & pascuorum proprietas, pertinens ad fundos, sed in communione: propter quod ea compascua multis locis in Italia communia appellatur, quibusdam provinciis indivisa. Cujus rei per insignem in feudis esse usum patet ex c. 58. §. item sciendum est, F. i. ubi dicitur posse unum ex pluribus dominis rei communis facere investituras de sua parte, quo casuclens investitus potest eum, cum quo rem communem habet, si forte reluctetur, per judicem ad divisionem cogere. Quod hanc habet rationem, quia res communis pro indiviso possit quovis modo per socium alienari, etiam reliquis inconsulis; l. et si non omnes s. l. si quis cum 29. §. Pomponius ff. com. div. l. falso 3. C. de com. rer. et l. portionem 12. C. de donat. cum nemo invitus in communione detineatur, ult. C. com. div. l. si non sortem 26. §. si centum, ff. de condit. indeb.

### X V.

Eiusdem notæ est hereditas, quæ cum species sit dominii a) proinde evenit, ut quemadmodum dominium ipsum per partes pro indiviso est dividuum; ita etiam ipsa sit dividua. b)

a) §. fin. I. de hered. qual. l. 1. ff. de success. Ed. l. aquissimum 2. §. fin. ff. de bonor. poss. sec. tab. b) l. tres fratres 35. ff. de past. l. 1. Et t. t. ff. fam. ero. Liceat autem hic mihi coarguere errorem duplexem. Primo ducuntur illi, qui arbitrantur hereditatem, si quando dividii dicatur, non pro jure, sed pro rebus, in quibus jus illud est, accipi. Quasi verò plurius hereditibus institutis non res ipsa hereditaria inter eos communes maneant, iug. adeo, dum communione discederent voluntibus familia ericunda iudicio unicuique particulariter assignentur? Quæ sane distributionis si facta est, non tantum res hereditarias distributas consueris: verum ipsam etiam hereditatem, sive ipsum ius in quod heredes succedunt. Ita verò distribuitur, ut heredes partes consequantur, que animo cernuntur, manu non tanguntur, sive, ut nostri loquuntur, ut consequanter partes non pro divisio (aliо quи non una, sed plures sient hereditates, quod iura non patiuntur, l. juris peritos 30. ff. de excusat. int.) sed pro indiviso, d. l. tres fratres, l. 2. §. 1. Et 2. ff. de V. O. Altero errore inflati sunt illi, qui magnis animis contendunt, Sene-  
cam 6. de benefic. c. 5. ludibrio sibi reservasse doctrinam Iureconsulitorum, qui distinguant hereditatem à rebus hereditarioris, tanquam quicquam aliud sit hereditas, quam ea, que in hereditate sunt. Inepit acutius istic videri ipse Seneca posset, si hoc ex persona sua diceret, Et non ex persona Liberalis, quem loquenter inducit. Iste sane ut homo negat

in jure civili, neq; in Philosophia valde exercitatus, hanc distinctionem,  
ut nimis subtiliter excitatam, & in verbis tantum, ut ipse rebatur, po-  
fitam, stomachosere reciebat. Fas est ergo agmen istud reprehenso-  
rum, quod haec tamen in Senecam ivit. Ecce enim (modus ius civile pri-  
moribus labris attigerit) ignotum esse possit, aliud esse hereditatem, ali-  
ud res hereditaria? Quid? quod ejus non fuerit, que beneficium a re,  
qua tribuitur, tam acutè de benef. c. 2. distinguuntur, non eodem acu-  
mine vidisse à rebus hereditariis differre & distinguere hereditatem?  
Verba eius hac sunt: Aliud est beneficium ipsum, aliud quod ad unum  
quemque nostrum beneficio pervenit. Illud incorporale est, irritum  
non fit: materia illius huc & illuc jastratur. Vid. eund. i. de benef. c.  
5. & 2. c. pen. in fin.

### XXVI.

Actum hucusq; de obligationibus dandi, quæ partium pra-  
stationem recipiunt. Tractare sumendum erit deinceps de aliis,  
quæ respiciunt. Inter quas prima sit illa de homine, quem generali-  
ter stipulamus, aut lance, aut quolibet vase.

I. 2. §. 1. ff. de V. O. ubi de hac stipulatione illud ius assertur,  
promissorem pro parte solvendo ne quidem in ea parte liberari  
Ratio, qui debitor generis non teneatur ad certam, sed ad rem incertam,  
& idcirco possit solvere partes in diversis rebus, si partium solutio in sti-  
pulatione generis esse permissa, d. §. 1. & l. in executione §. 5. pro par-  
tess. d. t.

### XXVII.

Finge sis! hominem generaliter primo promissum, & po-  
stea Stichi partem solutam esse. Sanè nondum in illâ parte obli-  
gationis liberatio nasceretur, siquidem aut statim repeti poterit,  
aut in pendenti erit, dohec alius detur.

d. I. 2. §. 1. Dico: repeti poterit, quomodo? conditione inde-  
biti, tanquam indebet soluta, non quidem simpliciter, & ex arbitrio  
debitoris, sed tunc, si debitor statim alium solvat, & creditori satisfaci-  
at. Quid si non statim alium solvat? ait Paulus: In pendi ent erit  
partis repetitio & liberatio, donec aliud integrum corpus debitor det, aut  
reliquam partem in eodem corpore præstet. An igitur solutio partis pro  
parte ad liberationem proficiat, ex eventu omnino penderit, l. si non ser-  
tem 26. §. secundem, ff. de condit. ind.

### XXVIII.

Quid si ea res, cuius pars pro indiviso soluta est, casu aliquo  
inte-

interierit? Tum vero debitor tenebitur aliam rem ex eodem genere solvere.

Cujus rei ratio facilè ex conclusione precedenti colligitur, quia videlicet pars illius solutio nequidem pro parte illa debitorem ante libraris, d. l. 2. §. 1. d. l. 85. §. pro parte, ff. de V. O. Et alia, quia res generaliter debita neg<sub>3</sub> interireullo modo posse, neg<sub>3</sub> ad immixuendam eam quicquam damna postea incidentia proficiant, l. in ratione 30. §. incerte, ff. ad L. Falcid. l. incendium 11. C. si cert. pet.

#### XXIX.

Fieri solet ut interdum electio in re solvendā non sit debitoris, de quo modo dictum, sed creditoris, quam rem sibi solvi aut dari velit, quo casu parte rei præstítā, pro eā contingit liberatio.

L. cum debitore 17. ff. remittat. hab. Videtur enim omnino rem, cuius partem accepit, elegisse, nec variandi habet licentiam. Quinimē poterit debitorem adigere ad aliam partem in eadem re solvendam. Contra sic, ubi electio est debitoris, ut est regulariter. Differentia ratio petenda ex l. Arrianus 47. ff. de O. Et A. Et l. favorabiliores 125. ff. de R. I.

#### XXX.

Ex hac obligatione generali ne heredes quidem pro parte solvendo liberari possunt, quamdiu non eandem rem dederint, propter illam Pauli regulam, specialiter huic questioni accommodaram, quā traditur obligationis condicionem non immutari ex personā heredum.

d. l. 2. §. ex his igitur. Ratio istius regulæ vel sententie hec est, quod heres ejusdem sit juris cum defuncto, l. heredem 59. ff. de R. 7. quod ad vicem ejus quam proximè accedit, Cic. 2. de LL. Nulla persona est, qui ad vicem ejus, qui è vita emigravir, proprius accedit, quam heres. quod ejus sit loco, Martial. 6. Epigram. 63.

hunc tabulis heredem, stulte, supremis  
Scribis, &c esse tuo vis, furiose, loco.

Debitor in huc obligatione non liberatur solvendo properte: liberatur igitur nec heredes ejus. Si recipetur, unumqueq<sub>3</sub> heredem pro sua parte solvendo liberari: idem prorsus absurdum emerget, quod in debitorē distum est, ut videlicet non unares integras creditori presteres, ut præstari debet, sed diversarum rerum partes.

#### XXXI. DiC-

### XXXI.

Dissentientibus inter se heredibus, dum unus vult hanc speciem ex genere solvere, alius aliam, tertius item aliam; æquissimum & convenientissimum est remedium, si iudex eligat speciem, quæ ex genere solvi debeat.

In quo attendendum est, ut neq; optimum neq; pessimum eligat, sed medicerem, l. legato generaliter 37. ff. de legat. 1. l. si quid venator 18. §. venditor, ff. de Adilit. Ed.

### XXXII.

Heres unus in solidum conventus, si solidum solverit, repetitionem habebit à coheredibus familiæ circumsanda iudicio; a) vel succurretur ei cautione indemnitat. b)

a) Si nempe solverit ante divisionem inter coheredes, per quos fit, ne consentirent, voluntà solverent, d. l. 2. §. ex his, v. sed quo casu b) quam index post divisionem & famil. circumsanda iudicium curavit interponi, ut si iste unus conventus & condemnatus solveret totum, id pro parte à ceteris consequeretur, l. heredes 25. §. contra, v. igitur ff. fam. erc.

### XXXIII.

Similis estratio, plurium fidejussorum promissoris, quæ est herendum, ut non aliter inter eos, quam iater heredes dividatur generis stipulatio.

d. l. 2. §. si tamen, in fin. Etenim nisi idem juris esset in fidejussoribus, quod est in heredibus, utroq; casu id imminaret incommodum creditori, nimisrum ut partem unius fidejussor solveret in homine Erote, alter in Pamphilo. Ex constitutione D. Hadriani potest fidejussor unus ex pluribus conventus à creditore opponere exceptionem, qua auxilium divisionis Vlpiano dicitur l. si dubitet 10. §. ita denum, ff. de fidejuss. h. e. potest petere, ut creditor petitionem suam dividat in capita fidejussorum. Verum huic exceptioni tum denum locus est, cum obligatio est dividua, ut 5. conclus. 6. & aliquot seqq. si individua, ut hic, opposita non potest.

### XXXIV.

Liberatio verò ista non semper pendet ex eventu, sed nonnunquam statim contingit, veluti si unum herendum accepto latum sit. Hac enim partis acceptatione pro parte liberatur.

d. l. 2. §. si tamen, v. idemq. Vbi enim pars hominis accepta fertur, non subest meus ut invito aliud pro alio solvatur. Quod de acceptatione dicuntur, idem quoq; dici potest de pacto de non petendo.

Ista tamen differentia est inter acceptilationem & pactum, quod illa obligationem tollat ipso jure, hoc ope tantum exceptionis. Illa de una specie tollit totam generis obligationem, l. & per injurandum. 13. §. si is, ff. de accept. hoc non item, l. finiu 27. §. sed si generaliter, ff. de pact.

### XXXV.

Item si hominem stipulatus cum uno ex heredibus vel fidejussionibus egero, & ille sententia judicis fuerit absolutus: pars duntaxat ceterorum obligationi supererit, uti etiam solvi potest.

d. §. si tamen, l. in executione 85. §. pro parte, ff. de V. O. Quoniam hic cessat illud inconveniens de partibus diversorum hominum accipiendo. Nam enim non accipiam stipulator, quia vietus sum iudicio. Verbum egero, in d. §. si tamen, a quibusdam accipitur de sola petitione & litis contestatione. Perperam! I. quia obligatio non solvitur petitione, sed solutione eius quod debetur, l. i. §. si apud duos, ff. depos. II. quia nec receptione partis sibi creditor prajudicat, l. reos 23. C. de fideiuss. Sunt quoq; qui contendunt, idem verbum non tantum intelligendum esse de sententiā, qua creditor causam perdidit, sed & de sententiā, qua creditor vicit, ut par in utroq; casu ius sit. Quam sententiam amplecti non possum I. quia in d. §. si tamen, acceptilatio comparatur verbo egero, sive actioni. Acceptilationi autem, per quam debitori liberatio praefatur, similis est rei absolutio, & non eius condemnatio. III. Quia valde durum sit, si insidiando, velliti causam suggestendo alter coheredum hoc efficere posset, ut post item secum consebatam, & sententiam subsequuntam innovata intelligeretur in tantum obligatio, ne amplius legi contractus eiusq; natura esset astrictus. IV. Quia litigium inter eos est, utrum aquae teneatur suam partem in eodem homine solvere, sicuti ceteri coheredes ejus? non, utrum alicuius hominis, cuius ille vellet, partem debeat? Diciso ergo huius ipsi hui est accommodanda, arg. l. fin. C. de fideicom. l. hec sententia 3. C. de fent. que sine cert. quandoquidem nec aliam mente ex indicari causa actor patet vide ri admisisse, quam secundum contractus, ex quo condemnatio facta est, naturam & legem, cui legi neutiquam satisfaceret, si liberaretur per quamcumq; non eiusdem hominis partem solvitam.

### XXXVI. Co-

### XXXVI.

Cognitionem cum obligatione generali magnam habet  
alternativa sive disjunctiva, cum per particulam disjunctivam ali-  
quid promittitur.

*Puta:* Dabis Erotem aut Pamphilum? Dabis hominem aut de-  
cem? Dabis equum vel lancem? *d. l. 2. §. 1. in fin. ubi scribitis Paulus,*  
*disjunctivam stipulationem eiusdem condicione esse cum stipulatione*  
*generis, ut videlicet in utraq; solutio partis nullam parat liberationem,*  
*l. si non forte 26. §. si decem aut Stichum, ff. de condit. ind. l. in exe-  
cutione 85. §. pro parte, ff. de V.O. Nam neq; in hac unares compre-  
henditur, sed duas. Et quidem sub disjunctione, in qua promissori permis-  
sa est electio, utram rem solvat, l. plerumq; 10. §. ult. ff. de iur. dot. *Tan-*  
*silicere ei partes solvere, posset solvere duas, unam ex una, alteram*  
*ex altera, quod est contra mentem contrahentium, quae ea est, ut hu-  
ares aliqua praestetur.**

### XXXVII.

Rebus vel generaliter vel sub disjunctione promissis, sito-  
ra & integra aliqua offeratur, eaq; post moram stipulatoris intere-  
at, continuo, hoc est, ipso jure promissor debito liberatur.

*l. stipulatus sum 105. ff. de V.O. l. huiusmodi 84. §. si cui homo*  
*ff. de legat. 3. l. stipulatus sum 9. in fin. ff. de solut. quia obligatio rei u-  
niuersitatis facit, ut ea videatur sola in obligationem deducta. Itaq; cum de-  
bitor unam rem obuleris creditoris, videatur eam solam debuisse. Quia*  
*vero vulgaris est regula, eum, qui ex contractu aut legato debet rem cer-  
tam ejus rei incertum, sine sua culpa liberari, l. si ex legati 23. l. si certos 37.*  
*l. mora 88. ff. de V.O. Quid vero iuris, si res ante oblationem sine cul-  
pa vel mora debitoris perierit? Hoc casu debitior cogitur aliam speciem  
dare, in generali quidem ex eodem genere, quam velit, sed in disjun-  
ctiva alteram, quae superest, neq; rei perempta potest offerri estimatio.*  
*l. Stichum aut Pamphilum 95. §. 1. ff. de solut. l. si in emptione 34. §. pen.  
ff. de contrah. empti. l. 2. §. Scevola, v. Et ideo, ff. de eo quod cert. loc.*

### XXXVIII.

Servo communi furtum faciente, vel aliud damnum dante,  
si plures sint ejus servi domini, vel plures unius domini heredes,  
& unus ex his noxali, quo tenetur, *indicio conveniatur:* non alias  
poterit evadere litis estimationem, nisi in solidum noxae dederit  
servum: neq; seretur, si partem dedere fuerit paratus.

*l. si servus 8. ff. de noxi. alt. Ratio est eadem, quae in obligatione*

*C 2 gene-*

generali vel disjunctiva utimur, ne scilicet ad illud incommodum de-  
veniatur, ut in diversis rebus contingat partium præstatio, quod utique  
fieret, si unus ex dominis velex hereditib[us] partem suam in estimatione,  
aliu in ipso corpore sive servos solverent.

X X X I X.

Antenoxale verò judicium si paratus sit unus partem suam,  
quam in servo habet, actori cedere; securitatem consequetur h.  
c. liberabitur, nec necesse habebit sulcipere judicium.

d. l. si servus, v. antè. l. heredes 25. \$ . si unus , ff. fam. erc. Adèo  
in obligatione noxali distinctio fit inter judicium acceptum & non accep-  
tum, scimus aq[ua] in obligatione generali veldisjunctivā, in quibus etiam  
antè acceptiōēm judicii frustra pars solvitur. Differentia ratio in hoc  
versatur, quod illa procedat a lege, hec ab expressa contrahentiū con-  
ventione. Nam vero lex mitius agere solet, quam homo. Sed cur post  
acceptiōēm judicii magis quam antè in solidum tenetur unus ex domi-  
nis vel hereditibus, in propria causa est: quia habet, quod sibi imputet,  
dum judicium subire maluit. quo sit, ut incumbat ipsi in solidum ne-  
cessitas defendendi. l. si cum uno & ff. si ex nox. caus. Planè si proper hoc,  
quod socii vel coheredes abhorruerint à confensione, in noxa deditiōne  
fuerit condemnatus, repeset & recipiat pro parte ab iis vel communis di-  
videndo, vel familia erescundae judicio d. l. heredes 25. \$ . si unus l. sus-  
p[er] iter 11. \$ . officium, ff. de aq. & aq. pl. arc.

X L.

Quod si servus commutatis a servo Titii occisus sit, & alter  
ex dominis agat in solidum: non consequetur nisi litis estimatione  
non recipiat, cum foret inconvenientissimum si pars uni dominorum  
daretur in servo, pars in estimatione sive pecunia.

X L I.

Disjunctivam obligationem ejusdem condicionis esse  
cum generali ex Paulo ostendunt est: a) sed id pertinet ad præsens  
duntaxat ipsius institutum & negotium. Sunt enim alias inter  
cas in signes quædam & prælustres differentiae, quarum prima est,  
quod illa pacto de non petendo alterum facto, tollatur tota: b)  
hæc pacto de uno non petendo non tollatur tota, sed tantum pro  
specie. c)

a) 5.

a) §. conclus. 36. b) l. si unus 27. §. sed si stipulatus ss. de pacto  
quia requirit creditorum petere, quin & alterum, de quo convenit,  
similiter petat. In stipulationibus enim alterius licea utraq. res ad obli-  
gationem ponatur, l. si duo 128. ff. de V. O. alterum tamen praestari  
sufficit, & utriusque praestandi electionem habet debitor, l. plerumq. 10.  
§. fin. ff. de jur. dot. l. 2. §. Secunda, ff. de eo quod cert. loc. nisi creator  
cum fibi stipulatus sit, ut in pr. l. Stichum aut Pamphilum 95. ff. de so-  
lut. Potuisse ergo promissor solvendo decens ipso iure liberare se à pre-  
stanto Sticho, sicut & petitione & acceptatione pecunia tota obliga-  
tio, etiam quoad Stichum, fuisse extinta. c) d. l. si unus, §. sed si gene-  
raliter? Aut Paulus: Si generaliter mihi hominem debeas, & paciscar, ne  
Stichum petam: Stichum quidem petendo, pacti exceptio mihi oppone-  
tur: alium autem hominem si petam, recte agam... Diversitas ergo  
ratio inter stipulationem disjunctivam & generalem hæc est, quod in  
disjunctiva sit petitio semper ad utrumq.; in generali ad unam tantum  
speciem. In hac licet una species, ut Stichus, pacto remissa sit, potest  
tamen alii recte peti, ut Eros, cum non petatur quod pacto fuit remis-  
sum, sed aliud. In illa non potest peti alterum pacto non remissum, quia  
similiter & alterum pacto remissum, atq. ita quin petatur contra  
pactum.

### XLII.

Deinde in hoc differunt, quod in disjunctivâ, si altera res  
stipulatoris initio, postea eius esse definit, promissor solvendo  
non liberetur; a) in generali liberetur. b)

a) l. quod decem 72. §. Stichum aut Pamphilum. ff. de solut. l. si  
Stichum 16. l. si duo 128. v. eadem ff. de V. O. b) d. §. Stichum, v. sed  
ei. Differentia ratio: quia licet in utraq. stipulatione singula species con-  
tinuantur: tamen in disjunctivâ continentur exp̄esse, in generali tacite,  
sive, ut Marcellus ait, vi ipsa. Inde sit, ut in illo res veluti tangatur,  
& magis sit in obligatione; in hac minore sit in obligatione. In illo ma-  
xime spectatur obligatio & tempus obligationis: in hac solutio sine tem-  
pus solutionis. Ita ferè in pignore generalis obligatio non adeò rem oppre-  
gnoratam afficit, ut specialis, l. ab eo 3. C. de serv. pign. dat. man.

### XLIII.

Tertia differentia vulgo constituitur circa conditionem.  
Indebiti, puta, si debitor, qui per errorem alteram speciem sol-  
vit, atq. electione, quam habet, non est ulcus. Sunt enim qui con-

firmant, in stipulatione alternativa eum posse repetere solutam speciem, & aliam offerre; a) in generali non item. b)

a) per l. cam. is 32. §. fin. ff. de condit. ind. b) per l. si is cni 19. ff. de legat. 2. sed hec differentia rectè reprehenditur à viris eruditis, quoniam disertè & perspicue in d. §. fin. stipulatio generis dicitur in ejuusmodi condictione similis esse disjunctiva. Neg, quicquam ad afferendam eam facit d. l. 19. quia loquitur de legato, in quo homines generaliter vel disjunctivè promissi, & Pamphilo per errorem soluto, conditione non datur heredi. Ceterum huic questioni non dissimilis est illa, que deciditur secundum Piginiani sententiam in l. pen. C. de conduct. ind. ut scilicet electio sit debitoris, quam speciem repeatat: non autem creditoris, quam restituat, nisi forte debitor suo iuri renunciet, quod fecisse videtur ille apud Senecam 9. controversi. Quidam duos expostos sustulerat, educaverat, quarenti patri naturali pollicitus est, se indicaturum ubi essent, si fibi alterum ex illis dedisset. Paclum interpositum est, reddidit ille duos, repetit unum, & itarepetit, ut tamen electionem parenti relinquit. Ait enim: Videte, quam modestè agam! ego sustuli, ego educavi, ego reddididi; iste eliga.

#### X L I V.

Sorè promissa, & si ea soluta non esset, pena: hæc obligatio instar generalis & disjunctive natura suâ individua non est, sed jure duntaxat & conditione conventionis. Quare si unus heredum promissoris suam partem ex forte solvat, non liberatur, sed nihilominus tota pena in solidum committitur, quasi nihil solutum esset.

l. stipulationum 5. §. si sortem, l. in executione 85. §. item fit aff. de V. O. l. heredes 25. §. idem juris est, ff. fam. etc. Alioquin injuria fieret stipulatori. Ita ipse Pomponius ait in d. §. si sortem, v. nec enim aliud. Qui penam adjicit, cù profecto mente & animo facit, ut non particularium & minutum, sed res integra ipsi praesertur. Proprieta se contradicit, quod actum fuit, & contra fidem & naturam pena adiecta uno ex heredibus portionem suam solvente, non committeretur pena pro parte solventis, sed tantum pro parte cessantis: aliud constitueretur in hac stipulatione, nec sine injuria creditoris. Huc apprimè quadrane verba Salviani Maffii lib. 2. contra avarit. Hoc licet generale sit debitum, & speciale tamen esse, non dubium est, licet sit communis omnium, est tamen peculiariter singulorum. Ita qualiter ad omnes pervenit, ut tamen de summa unicuique nil recedat. Dissentit Ponit sex in c. suuus X. de pan.

X L V. Idq;

X L V.

Idq; exemplo pignoris confirmatur, quod lui aut liberari non potest, nisi soluto toto & universo debito. Unde si pecunia sub pignore debeatur, & unus ex heredib. debitoris partem suam solvetur: pignus nullâ ex parte liberatur, sed in solidum remanet obligatum.

d. l. in execuzione, s. item sita d. l. heredes 25. s. idem observarunt, l. qui pignori 19. ff. de pignorib. Ratio est, tum quia editio Praetoris ita fuit cautum, ut debitor non detur actio pignoraticia, nisi soluto universo debito, l. si rem alienam 9. s. omni pecunia, ff. de pign. att. tum quia pignus datur hoc animo, ut non reddatur si vel aliquid sit reliquum ex debito, pro quo opus est pignore, l. quatinus 6. C. de distract. pign. l. fin. C. debitorem vend. pign. imp.

X L V I.

Gemina est causa pena ex compromisso, si unus ex heredibus eorum, qui in aliquem arbitrum compromiserunt, sententiae judicis compromissarii sive arbitrii paruerit, alter non paruerit.

d. s. si sortem, v. idemq; est, quod sic intelligi velim, si paratio sententia judicis in dando occupetur, non sin faciendo. Licet enim arbitrio, pena individualia, diligenter tamen est praevenendum, ne obviatur confusio rerum & factorum sed de singulis decideret & ordine explicetur. Notanda hic tamen differentia. Sortis & pena stipulatio versatur semper in dando: stipulatio vero compromissi nunc est in dando, nunc in faciendo, prout nempe est causa de qua compromissum factum, & sententia arbitrii lata est.

X L V I I.

Totâ sorte petitâ, & non solutâ, pena committitur; a) neq; unus ex heredibus in solidum convenitus aliquam habet exceptionem. b)

a) & quidem statim, atq; mora solvenda pecunia facta est. Poterat tamen illa evitari ac mora purgari potest ad lucem contestatam, quod innuitur in d. s. si sortem, ibi: donec portio coheredis solvatur. Dico: ad lucem contestatam. In toto enim iure civili receptum est, ut in obligationibus tam dandi quam faciendi ante litem contestatam mora emendari possit, post item contestatam non possit, l. 1. ff. de peni leg. l. cum fine 19. & sequitur, ff. de V. O. Ratio reddetur j. conclus. 97. Hoc verò omnino ira intelligendum est, si sola pena in stipulazione comprehendatur. Siccum pena etiam dies certus est adiectus, emendatio mora non admittitur

gitur l. trajectitia 23. ff. de O. & A. l. magnam 12. C. de contrah. vel  
com. stip. Etenim cum dies adjiciuntur solvende pecunie, id agitur, ut  
pena omnino ad eum diem committatur, & semel commissa non am-  
plius evitetur. Alias enim dies & pena essent adiecte frustra, si etiam  
post diem liceret solvere, & solvendo penam effugere. b) d. §. si forte,  
in fin. Licet enim heres, qui alio cesserantibus solvit, possit famili. erc.  
judicio cum coheredibus agere: hinc tamen iudicio locus non est, nisi co-  
gentie necessitate solutum fuerit. l. heredes 25. §. si unus, v. & omnino, ff.  
fam. erc. Non solvit autem ex necessitate, qui potuit non solvisse, que  
fronte ergo ad severaverit competeret sibi exceptionem?

X L V I I I .

Servitutes omnes tam praediales, quam personales sunt indi-  
viduae, a) solo usufructu excepto. b) Quarum causa si quia sit obli-  
gatio, ea recte referuntur inter obligationes dandi, non faciendi. c)  
a) l. pro parte ii. l. servitutes 14. ff. de servit. l. si is qui 80. §. fin.  
ff. ad L. Falcid. l. stipulationes 72. ff. de V. O. quia omnia illarum  
utilitas in solido usus consistit. Cuinam bono esset servitutem eundi per  
pradium intellectu in partes indivisib. secerni, cum non nisi insolidum  
ire, ambulare possit is, cui debetur? Cuicunque sui ire, vel simile factum,  
vi quadammentio dividit? Nonne illa partes prorsus erunt inutiles?  
Idem est in servitute usus & habitationis, que adeo est restricta &  
angusta, ut si eam dividat, ipsa sit inutilis. l. habitatio 10. usus 19. ff. de usu  
& hab. b) vide §. conclus. 2. 4. qui toto calo ab usu differt. Nam cui usus  
relatuus est, usipotest, frui non potest. l. 2. ff. d. t. Vnde necessitas  
personae circumscriptur ac definitur: fructus non item. Vt est alteri-  
us rei gratia: frui propter se. In illo est progressus: in hoc meta, sive  
quod idem est, illud semper ulterius tendit: hoc qui habet contenues est  
& acquiescit. Vnde merito in reprehensionem incurrit Hannibal, qui  
cessis quadrageinta millibus Romanorum prope Cannas, cum victoria  
posset uti, frui maluit, - refe LIVIO 3. Decad. lib. 2. L. An. Floro lib.  
2. c. 6. c) l. si unus 19. ff. de servit. pred. rust. chi textui splendide juris  
rationes possunt addi. l. quia in l. 2. ff. de V. O. manifestè distinguuntur  
stipulatio servitutis & stipulations in facto. In §. ex his de stipulationis  
biu in dando agitur, à quibus distincte postea agitur de stipulationibus  
in faciendo, in §. item si in facto. II. quia servitutes sunt res, t. t. I. de  
reb. corp. & incorp. d. §. ex his, verb. & ideo si divisionem res promis-  
sa non recipit, veluti via... sed rerum stipulatio differt tota à stipula-  
tione factorum, §. ult. l. de V. O. III. quia ha servitutes sunt iura in-  
rem,

rem, unde parvunt actionem in rem, ut pignera, §. aquæ, l. de act. &c.  
s. I. dreb. corp. & incorp. ubi ha servitentes dicuntur in jure consistere.  
fac. l. i. verb. sive jus stipulatus quis sit, veluti usumfr. vel servitutem  
utrorumq; prædiorum, ff. de condit. trit.

X L I X.

Quod si promissor servitutis decesserit pluribus heredibus  
relatis, indubitate juris est, à singulis heredibus solidam esse ser-  
vitutis petitionem.

L. via 17. ff. deseruit ea enim, qua in partes dividi non possunt,  
solidà à singulis heredibus debentur, l. ea qua in partes 192. ff. de R. 7.  
Id vero cum in aliis quoq; obligationibus individuis, nempe generali,  
disjunctivâ, sorti & pena obtineat: tum precipuum in hoc genere ob-  
ligationum locum habet. Scitè Paulus: Et ideo si divisionem res pro-  
missa non recipit, veluti via, heredes promissoris in solidum tenentur,  
d. l. 2. §. ex his, ff. de V. O. quasi diceret: sires naturâ sui dividus, us  
genus, sive homo, quia solvi tamen, nisi tota, non potest, faciunt heredes  
teneant singuli in solidum: ergo multò magis res sui natura indivi-  
dua, nempe servitus, item faciet.

L.

Ceterum ut heredes debitoris tenentur in solidum: ita &  
creditoris heredibus in solidum competit actio, sive homo sit pronil-  
sus, sive Eros aut Pamphilus, sive sorti & pena, sive servitus.

d. l. 2. §. ex his, v. ex quo. d. l. via, l. heredes 25. §. an ea stipula-  
tio, ff. fam. erc. V. g. Sempronius, qui stipulatus erat à Tuio viam, de-  
cedens tribus heredibus relatis. De quorum jure si queratur, dicendum  
est, singulos in solidum habere actionem. Quorundam erat opinio, hoc  
casu extingui stipulationem, quod per singulos acquiri servitus non pos-  
sit, sed bene respondit I. C. difficultatem præstationis sive executionis non  
facere inutilem stipulationem, d. v. ex quo. Ratio est, quia licet unus  
heres servitutem prestare nequeat: poterit tamen prestari ab omnibus  
simil. aut si reliquid recusat, poterit uni imperari precium, b. c. poter-  
rit unus condemnari in astimationem, & condemnatus partem reper-  
tit actione, vel cautione, de quib. §. conclus. 32. Si unius ex heredibus  
stipulatoris agendo victoriā est consequitus, parvemq; astimationem  
via accepit: illa victoria reliquis coheredibus non prodest, quia I. C. in  
d. §. an ea stipulatio, scribit, pro parte hereditaria eius, qui egit, con-  
demnationem fieri, neq; adicit victoriā agentis alii prodest.

L. I.

Hactenus de obligationibus, quæ consistunt in dando. Vi-

D dendum



dendum deinceps de illis, quæ consistunt in faciendo, quæq; non minus quam illæ divisionem capiunt, vel non capiunt, ratione videlicet factorum in eas deductorum. Dividua facta sunt, quæ pro parte fieri possunt ob jus quod admixtum habent, & animai intentione perficiuntur, cujusmodi est factum dandi.

*I. ubi autem 75. §. fin ff. de V. O. Dare est factum, l. verbuno facere 218. ff. de V. S. Et tercias quidam, quoties non referunt ad stipulationem faciendi, quo casu diversum quiddam in lege habetur, l. 2. in pr. ff. de V. O. Verbum faciendi aut dationem è regione respicit aut non respicit. Priore modo contrahitur ad facta, que nihil juris continent: Posteriore ad illa, qua aliquid juris comprehendunt, & pro parte expediri possunt. Quocirca cum agere jus, id est, dominii translationem continet, utræ factum est dividitum: quemadmodum utriuscum præter usum & frumentum dominii acquisitionem & fructus percepitos continet l. arboribus 12. §. Julianus, ff. de usufr. l. i. s. quadam, ff. de rer. divisi. quæ juris intellectu communes sunt, & in partes indivisas recipiunt sectionem, l. Mavium 66. §. sed si pars, ff. de legat. 2.*

### L II.

Ita factum, amplius non agi, quod & amplius non peti dicitur, a) est dividitum, & qui amplius non agit, cum agere possit, juris sui persequitionem in judicio remittit. b)

a) l. amplius 15. ff. rat. rem hab. b) l. 4. §. Cato ff. de V. O. nbi effectus hujus facti ita ferè proponitur: si de eo cautum sit, quod divisionem recipie, velati amplius non agi? tum is heres qui adversus id fecit, proportione sua tantum panam committet. Exemplum stipulationis amplius non agi? affertur à Paulo in l. si pater 12. §. si mulier, ff. de pact. dotabil.

### L III.

Ratiabilitio quoq; est dividua. a) Stipulatio verò de rato, aut interponitur à procuratore, b) aut ab ipso domino, promittente le heredemq; suum ratum habituros, quod procurator age-ret. c)

a) l. si procurator 18. ff. ratam rem hab. b) de cuius vel constata mandato, vel constat de non mandato, vel demum nihil constat, sed dubium & arceps est. Primo casu non exigitur ratiabilitonia cautio, quia non est periculum. Neq; secundo, quia si constat aliquem esse falsum procuratorem, repellitur exceptione procuratoria, nec admittitur ad agendum, l. si pupilli 6. §. pen. ff. de negot. gest. Tertio & postremo

mo eas tantum locuſ erit huic cautioni que exigitur hac ferè formulā:  
Sempronium ejus ve heredem, aut eum, ad quem ea rei pertinet, ratam  
reim habitarum ſpondes? d. l. 18. l. ſi fine 22. §. in ſtipulationsbus. ff. ra-  
tam rem hab. Ratio autem cur procurator actoris debeat cauere ratum  
habitarum eum, ad quem rei pertineat, redditur initio t. 1. deſatisdat.  
v. procurator vero, quia ſit periculum, ne dominus ierum de  
eadem re experiat. Quare huius periculi evitandi cauare et eam  
cautionem reus poſtulat à procuratore abſterit: quod quia non metas  
reus, ſi novit procuratori eſſe mandatum, ut agat: merito co caſu ceſſat  
hac cauio, ut pote ceſſante cauſā & periculo, l. i. C. de procurat. c) l.  
ff. procuratorem 65. ff. de procurat. l. ne ſatisdatio 21. ff. rat. rem. hab. §.  
ſed bodiē. v. ſin autem, l. de ſatisdat.

#### L IIII.

Dubitatur de loco Pauli in quo ſumma eſt diſſicultas, ſinē  
hac cauio derato præſtitio à procuratore, an ab ipſo domino? a) Et vide-  
tur enipiam à procuratore præſtitio. b)

a) l. 4. §. Cato, v. ſed vidcamus, ff. de V. O. b) ob haſ rationes,  
I. quia plerumq. ſoleat an ab eo exigi t. t. ff. rat. rem. hab. II. quia formu-  
la ibi ſic eſt, concepta Titium heredemq; ejus ratum habiturum? que for-  
muſ procuratori congruit. In dominum enim ſtipulator uteretur hac  
formulis: Te heredemq; tuum ratum habiturum ſpondes? III. quia in  
ſin. dicitur, quamvis ipſe dominus pro parte ratum habere non potest.  
Quod procuratoris comparatione utiq; profertur, quandoquidem pro-  
curatori dominus opponitur.

#### L V.

Verior autem & plauſibilior eſt illorum ſententia, qui con-  
tendunt, cautionem iſtic eſſe præſtitam non à procuratore, ſed ab  
ipſo domino.

Que ſententia hiſ ſufficitur rationib. I. quia in d. v. ſed vidcamus, di-  
ſerte dicitur, heredem domini teneri eum, qui ratum non habuerit, quod  
de herede procuratoris intelligi non potest, ut indicant illa verba: Et ſor-  
ius aget, qui non habuerit ratum. II. quia ex promiſſione procuratoria  
non tenetur dominus, ſed ipſe procurator, & ſideiſſores, l. procurator &  
l. ſi fine judge 22. ff. ratam rem hab.

#### L VI.

Jus hujus cautionis de rato hoc eſt, ut ſi eam dominus præ-  
ſtit de ſe atq; heredibus, & ſi contra fiat poenam; ipſe contra fa-  
ciens poenam in solidam committat.

d. 2

d. §.

d. S. Cato, v. sed videamus, verb. ipse dominus pro parte ratum habere non potest. Pœna est individua, Itaq; cum promissor sive dominus, qui proprium ac nudum suum factum promittit, contra facit, alter fieri non potest, quin insolidum ab eo pœna committatur.

L VII.

Sin post obitum ejus unus ex heredibus contra faciat, is solus tenetur ad pœnam pro sua parte, reliqui propter æquitatem non tenentur.

Ratio est, quia cum ratum habere sit factum dividuum d. S. Cato. I. cui fundus s. o. ff. de cond. & dem. uno peccante non videntur alii quoq; peccasse. Idemq; & stipulatoris heredibus dicendum, ut si scilicet a quo solo fuit peccatum, solus quoq; agat ad pœnam pro sua parte, d. S. Cato, v. sed videamus, verb. & solus ager a quo fuerit peccatum.

L VIII.

Stipulatio, Dolum malum abesse? in jure nostro & frequen-  
tissima est, & celeberrima. a) De hac exstat Sabini sententia ad  
jus heredum pertinens, quæ omnia Interpp. calculo maximam  
habet difficultatem. b)

a) vid. l. & eleganter 7. §. non solum, ff. de dol. I. Stipulatio ista  
38. §. si quis dolorem & al. ll. ff. de V. O. Dolus clausula plerumq; in fine  
adhiberi solet, ut generaliter comprehendat & excludat omnem dolum,  
tam in rebus nominatis in contrâllu, aut instrumento positis, quam  
non positis. Maxime tamen ad eas partes pertinet, de quibus nomina-  
tim non fuit cautum. d. S. non solum, l. dolus clausula, 119. ff. de V. O.  
B. Ambrosius lib. 3. Officior. c. 10. Quid loquar de contrâllibus cate-  
ris, ac maxime de coëmptione prediorum vel transactionibus atq; pactis?  
Nonne benefactis formulæ sunt Dolum malum abesse, eumq; cuius dolus  
deprehensis fuerit, dupli pœna obnoxium fore? b) l. 4. in pr. ff. d. r.  
Est autem bac: In stipulatione dolis promissor decesserit relictis plurimis  
heredibus, uno eorum contra stipulationem faciente, ceteros etiam  
eius coheredes, & non tantum ipsum contra facientem heredem teneri.  
Etrurus: Si stipulator plurib. heredib. relictis decesserit, & ab uno  
heredam promissoris contra stipulationem fiet, posse ex heredib. Stipu-  
latoris unum, cui dolus est factus, vel agere in solidum, si pœna sit adie-  
cta vel pro parte tantum saâ, si non sit adiecta.

L IX.

Exstitere sancti & veteres recentiores nonnulli, qui magno  
conamine afferunt, ita ea esse intelligenda, ut hæc stipulatio sit  
individua, ex parte promissoris ejusq; heredum indistinctæ: ex  
parte

parte verò stipulatoris & heredum ejus cum tandem si pœna sit  
subiecta.

Movet eos prater pr. l. 4. ff. de V. O. l. inter coheredes 44. §.  
quod ex facto ff. fam. erc. ubi aperte à Paulo comparantur haec duæ stipu-  
lationes, per te non fieri quo minus ire agere licet, & à te heredeq; tuo  
dolum malum obscurum esse? Et dicitur, reliquas propter factum u-  
num teneri. Deinde l. si duo 22. ff. depos. ubi scribit Marcellus: si quid  
dolo malo in re depositum sit: eo casu omnes heredes teneri ex  
stipulatione illâ, quam defunctus interposuit. Rationem adferunt, quia  
interposita fuerit ob rem depositam recte restituendam, qua restitutio  
non fuisse in solidum. Igūr si unus contra fecit, h. e. quo minus ita re-  
stituiatur, perinde habendos reliquos, ac si omnes fecissent, omnesq; te-  
neri pro parte suâ hereditaria, licet non omnes peccaverint.

L X.

Alii eam putant reprehendendam à Paulo qui stipulationem Dol-  
lum malum abesse comparaverit potius stipulationi rem ratam ba-  
heri: a) In quorum sententiam & ego roto animo vadendum  
puto. b)

a) d. l. 4. §. Cato, v. sed videamus. b) Ex his rationib. I. quia  
alioquin nulla possit commoda adferri expositio d. v. sed videamus. Mens  
Pauli, ea est, stipulationem dolum malum abesse à te heredeq; tuo? non  
esse similem stipulationi, per te non fieri, quo minus mihi ire agere licet,  
sed esse similem stipulationi de rato, hoc est, ei: Titium heredemq; ejus  
ratum habiturum. Similitudo verò in eo versatur quod nū stipulari-  
ne de rato, uno heredem contra faciente, et qui ejus coheredes non iene-  
tur: ita nec in stip. dol. II. q; a potest fieri dolum malus pro parte: at iter fieri  
nunquam pro parte pt. Idcirco non per omnia idem ius esse debet  
in stipulatione dolii, quod in stipulatione ire agere inter heredes. Dolum  
autem pro parte fieri posse ex oppignoratione dolosa intelligitur. Vnus e-  
cum ex heredib. promissoris, antequam res tradita emperisse, pt. eam  
rem pro parte sua pignori obligare, jure non refragante, l. redhibere 21.  
§. cum redditur. ff. de Adil. Ed. l. si post acceptam 18. ff. de R. V.  
Quo casu? & in qua specie non tenentur omnes heredes, sed solum ille, qui  
fuerit dolosè oppignoratus. Ecquid tia? quia in re communit. si co-  
heres aut socii rem illam oppignoret, non obligat pignori rem totam;  
sed pro parte tantum suâ, l. 2. C. com. dis. 9. l. si fratres 7. C. com. vir. jud.  
l. un. C. si com. respign.

L XI.

Interim insiciari non ausim, dolum interdum non pro par-

D 3 te, sed

te, sed in solidum fieri. a) Unde absurditatis argui non possis, si dicas, stipulationem dolii nunc similem fore illi, ire agere, quæ est individua, b) nuncilli, rem rata haberi, quæ dividua, c)

a) d. l. inter coheredes 44. §. quod ex facto, ff. fam. ercise. Ait JC. si reliqui propter factum unius teneri ceperint. quibus verbis indicat, quodammodo fieri posse, ut reliqui non teneantur in stipulatione dolii. f. l. si duo 22. ff. depos. l. ex clausula, 17. ff. de Edil. Ed. b) cum scilicet res aut dolus nullam patitur divisionem, veluti si alter haec rem venditam veneno corruperit. Tum sane dicendum videtur, idem ius esse in stipulatione dolii, quod in stipulatione ire agere. c) cui à Paulo verissimè comparatur in l. 4. §. Cato, v. sed videamus, ff. h. t.

#### L XII.

Si quis vacuam possessionem tradi promiserit, non nudum factum hæc stipulatio continebit, sed causam honorum & proinde erit dividua.

I. in conventionalibus 52. ff. de V. O. ubi ait JC. causam bonorum bac stipulatione contineri, b. e. contineri ea aliquid juris nempe possessionem, qua non tantum est facti, sed etiam juris. l. possessio 49. §. 1. ff. de acq. vel. am. poss.

#### L XIII.

Quam stipulationem non nemo pntat eandem esse cum illa, Rem tradi, & planè idem continere.

I. per l. ex empto 11. §. 1. ff. de act. empt. ubi dicitur venditorem teneri emptori ad rem tradendam. Verum alias plerumq. id dicitur, vacuam possessionem venditorem emptori tradere, aut eum in vacuam possessionem inducere, l. quod meo 18. §. si venditorem, l. fund. vendor 33. ff. de acq. vel am. poss. l. sed si communis 18. §. si servus l. secum fundum 68. §. ult. ff. de cont. empt. II. per l. ratio 3. &. si emptor, ff. de act. empt. ubi perspicue & manifestè comparantur hec duas stipulationes, fundum dari, & vacuam ejus possessionem tradi, ubi verbum dari idem valens, quod tradi.

#### L XIV.

Advertisendum tamen, ne verior sit illorum sententia, qui existimant rem tradi & vacuam possessionem tradi differre.

d. l. in conventionalib. §. si quis vacuam, ff. de V. O. ubi Vlpianus dilucidè stipulationem, qua nudum factum contineat, opponit stipulationi, qua continet causam honorum. Nudum vero factum continere Rem tradi, claris juris textib. confirmatur I. concius. 86. Quis porro

porro ambigat, cum rem tradi sit factum nudum; Vacnans possesso  
tradi, sit factum non nudum, quin illud sit individuum, hoc dividuum;  
ad eo q<sup>o</sup> toto c<sup>o</sup>lo has stipulationes differre?

L XV.

Habere dupliciter accipitur, interdum pro eo quod tenere;  
a) interdum pro eo, quod iure domini aliquid possidere. b)

a) L. stipulatio ista 38. §. habere, ff. de V. O. & tunc eo verbo nul-  
lum ius continetur, ut verbo tenere, de quo l. quod dicitur 130. ff. de V.  
O. sed merum factum sive individualium. Quo sensu qui etiam de facto  
detinet, ut servus, non male habere dicitur, d. l. 38. §. hi qui. Corn.  
Frontio in lib. quem de verborum differentiis scriptis: Habere, inquit,  
potest etiam fur, nequam: possidet nemo, nisi qui aut reliete, aut dona-  
ta, aut empta rei dominus est. Quibus verbis à iure antiquo proditam  
differentiam declarare videatur, non autem id juris, quod hodie reser-  
pium est, l. questio 115. ff. de V. S. b) d. l. 38. §. hi qui sunt, & d. §.  
habere, & cum eo verbo factum non merum continetur, sed quod ius  
habeat admixtum, propter quod sit dividuum. Huc spectare videatur,  
quod scribit Seneca s. de benefic. c. 10. Venditio alienatio est, & rei sui  
juris; sui in aliud translatio. Atqui quemadmodum vendere, sic dare,  
aliquid à se demittere est, & id quod teneris habendum alteri tradere.

L XVI.

Priorem verbi significationem si intueraris, facile cum Ul-  
piano fateberis in stipulatione mihi hereditiq<sup>m</sup> meo habere licere? idem  
juris esse, quod in illa, per te non fieri neg, per heredem tuum, quo  
minus mihi agere licet?

l. 3. ff. de V. O. Quippe cum emptor à venditore stipulatur rem  
emptam sibi habere licere, hoc non est ita intelligendum, ac si liceat illi  
habere iure domini, sed tantum rem obtinere sine interpellatione; qua  
obtentio est merum factum, & divisionem non recipit, cum accedat  
contractus venditionis, qui pro parte valere non debet, l. cum excusas  
139. ff. de V. O. Est vero hic stipulandi modus antiquissimus teste Var-  
rone rer. rusticar. lib. 2. c. 2. In emptionibus jure utimur eo, quod lex  
praescripsit. In ea enim alii plura & alii pauciora excipiunt. Quidam e-  
nim, precio factio in singulas oves, ut agni, chordi duo pro una  
ove annumerentur: & si qui vertufatae dentes absunt item  
binia pro singulis ut procedant. De reliquo antiqua serē formula  
utuntur; cum emperor dixit: Tanti sunt mihi empia: & ille respondet:  
Sunt, & exprompti numeros. Emptor stipulatur prīca formulā sic. Illas  
sae oves qua de re agitur, sanas recte esse uti pecus ovilium, quod recte fa-  
num est, extra lufcam, surdam, minam, ventre glabro, neq<sup>m</sup> de pecore  
morbos.

morboso, etiam habere recte licere. Hoc si recte fieri spondes; Cum id factum est, tamen grec dominum non mutavit, nisi si est annumeratum. Nec non emptor potest ex empto vendito illum damnare, si non tradat, quamvis non solverit nummos, ut ille emptorem simili judicio, si non reddit premium. *Hac Varro.*

### L XVII.

Planè si vendor sit idemq; promissor decebat pluribus hereditib. relictis, & unus ex hereditibus rem avocet, sive faciat, quo minus emptori eam rem habere licet: ejus facto etiam tenebuntur ceteri coheredes, ut in illâ stipulatione, ire agere licere?

I. 2. §. fin. junctâ d. l. 3. ff. de V. O. Ratio petenda est ex l. inter coheredes 44. §. quod ex facto, ff. fam. erc. quia conditio stipulationis hereditaria existit, h. e. testator sive stipulator, qui ita stipulatus fuerat: Per te non fieri, neq; per heredes, quo minus mihi habere licet? Is hac suâ stipulatione quandam conditionem complectitur tacite, nimirum ut si contra quam promissum est, fiat, putasi ipse vel heres eius prohibeantur, ut tum & ipse promissor & heres ejus teneatur. Idcirco cum postea prohibetur stipulator per unum heredem, manifestum est conditionem illam exitisse, & exinde promissorem teneri.

### L XVIII.

Secus est in hereditib. stipulatoris. Nam si stipulator deceperit, qui stipulatus fuerat, sibi hereditâ suo habere licere? & uni ex hereditib. habere non licet: solus is agit in id, quod sua interest; ceteri ex facto petitionem non habent, quorum nihil interest.

d. l. 2. §. contra autem. Differentiaratio haec est, quod si per unum habere non licet, perinde sit, atq; si omniib. non habere licet, quandoquidem nihil interest habentis, per unum, an per omnes non habere licet; Sed si uni habere non licet, non perinde est, as si omnib. non licet, atq; ita saltem unus, cuius solius interest, proportione hereditariâ agere potest, reliqui non possunt.

### L XIX.

Excipitur casus, quo pena adjecta & promissa est. Quo tandem, committitur stipulatio in solidum, & cum ea obligatio hereditaria sit, necesse est, & obligationem & petitionem ad omnes heredes pertinere, ita tamen, ut doli exceptione reliqui non prohibiti submoveantur.

d. §. com-

d. §. contra, v. nam si p[ro]na. Ratio est, quia stipulatio p[ro]nalis,  
eius condicio semelexstitit, scindi aut dividi non possit, sed in solidum  
committi soleat, l. tutor 4. i. S. Lucius, ff. de usur. l. 10 executione 35. S.  
fin. ff. de V. Orl. si plures 6. C. de condit. insert.

LXX.

Rem restituiri est factum mediz naturae, ex juris interpretati-  
one nunc dividuum, nunc individuum.

Certe si rem ejusmodi restituiri in obligatione sit, ut non solum sit res  
tradenda, sed possessio quoq[ue] restituenda: heredes pro parte hereditaria,  
vel que ad eos per venit, omnimodo tenentur. Quod si unus ex heredi-  
bus restituit partem suam translata possessione, quam ipse pro certa par-  
te occupat: hoc modo impedit actionem, qua adversus alios duntur, ac  
converteretur, fac. l. in conditione 9. ff. de condit. furt. ubi dicitur her-  
edem furtis condicione furtivam teneri. Etia quidem, ut si res furtiva  
non in solidum ad heredem pervenerit, pro parte teneatur, cum pro par-  
te sit heres: si in solidum pervenerit, in solidum teneatur.

LXXI.

Quo pertinet quod de interdicto Vnde vi, scribit Paulus, si  
plures heredes sint, unumquemque non in amplius teneri, quam ad eum  
pervenerit.

I. si plures 9. ff. de vi & vi arm. ubi adjicit, in solidum teneri eum, ad  
quem totum pervenerit, quamvis ex parte heres sit. Naturae enim in-  
serditi Unde vi receptum est, ut heres etenim teneatur, quatenus ad eum  
pervenit, quemadmodum etiam regulariter fieri soles in his actionibus,  
qua veniunt ex delicto, l. 2. C. unde vi, ac ideo si nihil penitus ad heres-  
dem pervenerit, noui tenetur: contra, si totum.

LXXII.

Sic ex SC. Trebelliano restitutio hereditatis pro parte fieri de-  
bet, si a pluribus adita sit hereditas.

§. nihil, I. de fideicom. heredit. quia haec restitutio non in facto se-  
lum, sed in iure quoq[ue] veritur. Similiter in petitione hereditatis, &  
pars eius peti potest, & pars quoq[ue] pro indiviso restitui, l. non possumus  
7. Et c. ff. si pars hered. pet.

LXXIII.

Depositario mortuo, si quantitas vel numerata pecunia à  
pluribus, ejusdem hereditibus restituta sit: pro parte heredita-  
tis singuli restet convenienter.

l. i. §. si pecunia, ff. depos. Ratio est quia restitutio pecunie es-

E

66-

si undum factum est, nec pro parte expediri potest, arg. l. stipulationes non dividuntur 72 ff. de V. O. tamen cum nihil in hoc genere intersit, utrum partes certas divisas, heredes restituant an tantundem dent ejusdem generis l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. ut divisa partes dari, l. 2. §. 1. ff. de V. O. ita & restitui possunt, cum aliquis in speciebus indivise debeantur. Quod si apud Ecclesiam sit deposita summa, & restitutio urgeatur: ad verius unumquemque canonicorum agi poterit, & pro ea parte, qua quisque canonicus est, tenebitur. fac. c. i. exir. de depos.

LXXIV.

Sed & heres eius, qui commodatum accepit pro ea parte, quaheret est convenitur.

l. sed mihi 3. §. heres ff. commod. tamen enim in commodato ad commodatarium non transire possit, sed tantum detentio, l. rei 8. ff. eod. tamen actio commodati non est sancum de re restituenda. Sane si deterior reddatur, non videtur reddi, nisi id quod interest, simul praestetur, d. l. 3. §. si reddita. Ius igitur aliquid in commodati actione versatur, unde & rei per sequentia hic actio dicitur, eoque respectu inter heredes obligatio commodati dividitur, ut alia hereditaria.

LXXV.

Restitutio tunc prorsus est factum individuum, cum vide- licet res restituenda est individua, & nullum ius ea continetur, sed nuda tantum rei detentio.

l. 4. §. fin. ff. de V. O. v. G. si duo heredes lancem, apud defunctum depositam, conflaverint, aliave quae species dolo eorum inter versa fuerit: in solidum conveniri dicuntur, ac si ipsi servandum suceptissime, cum certe verum sit, in solidum quemque dolo fecisse, & nisi pro solidi rem non posse restitui. l. si duo 22. ff. de poj. fac. l. 3. §. heres ff. commod.

LXXVI.

Satis superque, opinor, expositum est de obligationib. factorum partim dividuor. partim mixtum. Pergamus facta individua sive nuda, quae expedita nullum post se vestigium relinquent, quod in jure consistat, quale est factum per te non fieri neque per heredem tuum, quo minus mihi ire agere licet?

l. 2. §. item si in facto, ff. de V. O. quia hoc factum corpore expeditur, nec pars eius intelligi potest, l. 1. §. suis suis ff. ad L. Falcid.

LXXVII.

De quo facto ait Paulus: *Uno heredum promissoris contra illud faciente, alios quoque ius coheredes teneri: At uno ex heredibus stipulato-*

pulatoris prohibito, pro parte tantum eius, qui prohibitus est, stipulati-  
onem committi, nisi pena fuerit adjecta.

a) d. §. item si, l. in executione §. §. quod si, l. Julianus 131. ff.  
de V. O. Iheredes 25. §. in illa, l. inter heredes 44. §. quod ex facto ff.  
fam. erit. Ratio est in l. 4. §. Cato de V. O. quia quod in partes dividis  
non potest, ab omnibus quodam modo factum videatur. Aliam & qui-  
dem veriore rationem adferit Paulus in d. §. quod ex facto, quam vid.  
§. conclus. 63. b) d. l. 2. §. contra, ff. de V. O. l. 85. eod. Differentia in  
hoc subsistit, quia unoire agere prohibente, perinde est, ac somnes ef-  
fent prohibiti. Prohibitorum non interest: ergo nec agunt, l. 3. §. sed  
hec ff. d. r. c) d. §. contra & d. §. sed hoc. Vt hanc ratio affertur, quia  
pena adiecta non quaratur cuius interfit, sed an ea sit commissa. vid. §.  
concl. 80.

### LXXVIII.

Aliibi idem Paulus quatuor stipulationes individuas una se-  
rie recenset, stipulationem nempe dupla, fructuariam, damnifi-  
cati & novi operis, a) de quibus ordine deinceps tractabitur. Ven-  
ditor qui duplam promittit emptori, promittit defensionem, quia  
in hac causa factum est individuum. b)

a) l. 4. §. fin. ff. de V. O. b) l. scum uno, 4. ff. sex nox. causag.  
l. heredes, 25. §. si unus, ff. fam. excis. l. jam tamen r. §. pen. verb.  
ne defensio per plures scissi incommodo aliquo officia actorem.  
ff. judic. solv. l. ex clausula 17. ff. eod. ubi ait Venuleus: Non videri  
defensam rem boni viri arbitratu, quia non in solidum defensa sit.

### LXXIX.

Is si decesserit plurib. heredib. relictis, & ex causa dupla sti-  
pulationis aliquid intenditur, ejus heredes in solidum omnes co-  
veniendi sunt omnesq; debent subsistere, & quolibet eorum  
desugiente, ceteris subsistere nihil prodet.

I. cum ex causa 139 ff. de V. O. Omnes stipulatoris sive emptoris  
heredes, etiam si res uniproxiâ parte evincatur, tamen omnes stricto ju-  
re agere possunt: sed singuli pro sua quiete parte hereditaria & defen-  
dere, & agere possunt, non in solidum. Hinc definiri potest questione in  
Camera Imperiali agitata, An plures coheredes fundo hereditario com-  
muniter ab ipsis vendito teneantur singuli præstare emptori cautionem.  
evictionis in solidum? Decisum fuit singulos teneri in solidum. Vide-  
amus exercitus causa, an non hac dictio repugnet iuri & equitati.

### LXXX.

Quo referenda species illa quarta executionis obligatio-

num, valde rara & obscura, qua petatio fieri prohibetur in solidum,  
sed solutio partis afferre liberationem.

*L. in executione, 85. §. in solidum, ff. de V. O. V. G. Titius vendidit Cajo fundum Tusculanum, eiq. evictionem promisit. Breui post moritur Titius tribus heredibus, relatis. Cajo sit controversia de fundo empto, immo fundus evincitur. Hoc casu singuli heredes in solidum denunciandisunt, us present evictionem, & singuli in solidum debent subsistere, b. o. emporem seu stipulatorem defendere. Quod si non singuli simul defendant, unius defensio non prodest, sed committitur stipulatio dupla. Unicuique vero pro parte hereditaria praestato injungitur. Hoc ergo ipsum est quod dicitur, petitionem defensionis fieri in solidum, sed solutionem poena ob defensionem non praestitam pro parte,*

### *LXXXI.*

*Fructuarius in re fructuariâ accipienda promittens se ea res usurom fruiturum boni viri arbitratu & finito usufructu restitutum se quod inde extabit; a) factum promittit individuum & proinde stipulatio erit individua. b)*

*a) l. i. ff. ususfruct. quemad cav. b) l. 4. §. fin. ff. de V. O. quia non tam ususfructus, qui jam est finitus, quem rei ipsa restitui debet ex hac cautione. Rem vero restitui est merum factum, & proinde in solidum fieri debet restitutio, quamvis res, qua restituatur, divisione admittat, l. fin. 22. ff. depos.*

### *LXXXII.*

*Damni in effectu stipulationem, quâ dominus ruinosarum ædium promittit vicino se quicquid damni contigerit loci ædium aut operis vitiis id præstiratum vicino, multi putant esse dividuum. a) sed non est. b)*

*a) per l. si plures 27. l. ex damni 40. §. quotiens, 2. & §. fin. ff. de damage inf. l. si communes. 40. ff. de negot. gest. l. si quis putans, 6. §. si damni. ff. com. div. l. non alienum 10. l. qui servum 20. §. fin. ff. de interrog. in jur. b) l. 4. ff. de V. O. Senes. 5. contr. 5. Etiamsi parsdamni dare voluerit, partem noluerit, in totum, quasi prudens dederis, tenendus es. Ex toto enim noluisse debet, qui imprudentia defenditur.*

### *LXXXIII.*

*Cautio de novi operis nunciatione quæ interponi solet, quotiens vicinus dicit, jus fibi esse prohibere vicinum, opus novum, invito se facere, factum continet individuum, a) idq. inter omnes constat. b)*

*a) l. stipulatio, 21. ff. de novi op. nunc. b) d. l. stipulatio, §. quæsum-*

tum est, l. 4. §. fin. ff. de V. O. l. 2. §. 1. ff. de Præt. Nip. ubi de hac stipulatione ita dicitur: sive actor sive reus decesserit plurib. heredib. relietis: uno vincente vel victo, totum opus restituiri debet. Quamadum aliquid superest, tam diu non potest videri opus restitutum. Cur hec nunciatio sit individua, eam rationem esse existimo, quia nihil aliud est, quam prohibitus, ne quis edifices vel opus perficiat. Porro veluti adficiare est quiddam individuum: ita & prohibitio ad istam operis constructionem relata, individua est judicanda.

#### LXXXIV.

Ex hisce quatuor stipulationibus unusquisque heredum promissor in solidum tenetur: & quemadmodum, ipsi stipulatori pro parte neq; restitutio neq; defensio contingere poterat: ita neq; contigerit heredibus.

d.l. 4. §. fin. ff. de V. O. Promissor tenetur aut ad restitucionem, ut in fructuaria, damni infecti, & novi operis: aut ad defensionem, ut in dupla stipulatione. Sed veluti per hunc neq; defensio pro parte fieri poterat, neq; restitutio operis l. supra iter, 11. §. officium, ff. de ag. & ag. pl. ita nec fiet per heredas.

#### LXXXV.

Secus obtinet in heredib. stipulatoris, qui in his stipulationibus non agunt singuli in solidum: sed tantum pro sua quisque parte.

d. §. fin. E. igitur si res pro cuiusdam parte non defendatur, sed evincatur, item si non restituatur, ille agendo tantum consequi poterit, quantum suum interest, pro portione nempe hereditaria. Ratio est, quia cum singulorū stipulatoris heredū nō inter sit, receptū fuit ut nisi pro sua parte agere possunt. Receptum verò fuit utilitatis causā, ut dicit Paulus in d. §. fin. hoc est, exequitatis & benignitatis ratione, que summa ab eodem Paulo dicitur, l. 2. §. incertum, v. at in contrarium, ff. de Præt. stip. & à Papiniano opponitur rationi stricta, l. sunt se sone 43. in fin. ff. de relig. & sumptu. fin.

#### LXXXVI.

Praeter hæc facta sunt, & alia ab Ulpiano relata, quorum divisio stipulationem in quam deduxta sunt, corrumptit, ut puta fundum trahi?

I. stipulationes non dividuntur 72. v. idem puto. ff. de V. O. l. rem tradiz. ff. cod. Ratio est, qd traditio bi. similitur, p. nuda quadam & mera datione sive translatione, que continet nudam detentionem rei. Verum natura non patitur, ut tale nudum factum possit dividil. l. §. suis si. ff.

E 3 ad

ad L. Falcid. quemadmodum natura non patitur, ut quis ire, agere, fessam fodere pro parte posse, l. via, 17. ff. de servit.

LXXXVII.

Factum insulam fabricari, & stipulatio, in quam deducitur, est in jure frequens admodum, & inter facta individua ab Ulpiano referuntur.

d. l. stipulationes, quia ejusmodi fabricatio manu & corpore fit, non animo, neq; vel tantillum iure imbutitur, sed intrameros duntaxat facti limites consistit, ut q; adeo, ut dum in insula facta sit, nihil aliquid fecisse videatur. D. Hilarius, Pittavorum Episcopus, commentar. in Math. Can. 25. Tectum est domus fastigium, & habitationis totius celia perfectio. Domus enim nulla dici poterit vel esse sine tecto. fac. l. si quis quadrageinta 80. §. quodam ff. ad L. Falcid. l. cum Silanianum 11. in fin. C. de his quib; ut ind. verb. nihil a dictum credimus, dum aliquid agendum superest. Signare Lucanus de Cesare:

— sed Caesar in omnia præcepit

Nil actum credens, cum quid supereret agendum.

LXXXVIII.

Conditionis ejusdem esse perhibentur fessam fodiri, a) & operas prestari. b)

a) d. l. stipulationes. Nam & hoc factum nulla plane post serelinquit vestigia, que juris dividui dici possint. b) d. l. stipulationes. Operas hic intelligo mere officiales libertorum, vel vasallorum. Ceterum de his aliisque factis individuis, de quibus hactenus actum fuit optime & preclarissime Pontifex Romanus Iohannes 22. in Extravag. c. ad conditorum 3. de V. S. Quod hoc nequeat fieri ex hoc patet, quod non est, nequaquam haberi potest, patet autem quod actus ipsi: antequam exerceatur, aut etiam dum exerceatur, aut postquam perfectus est, in rerum natura non est: ex quo sequitur quod haberi minime potest, licet enim & ante actum ipsum quis facultatem illam habeat exercendi, per hoc tamen actus ipse in rerum natura nisi in potentia non existit: cum autem actus est in fieri, nec adhuc quod ipse actus in rerum natura sit, potest dici, licet pro eo, quod sit in fieri, dici possit: quod enim de actu, qui est in fieri, praterius vel futurum est, jam non est in rerum natura, sed in memoria vel apprehensione tantum est: quare nisi prout in memoria vel apprehensione tantum est, haberi nequaquam potest. Quod autem in praesenti sit, momentaneum vel instantaneum est: quod utiq; magis intellectu quam sensu percipi potest: unde nec potest haberi per tunc nisi pro momento illo seu instanti, in quo cum sit potest dici actum post actum completum: licet si ex facto ipso perducta res aliqua facta haberi valeat: factum tamen ipsum quod jam transit, nisi in memoria (prout supra dictum est) non habetur.

LXXXIX.

LXXXIX.

His ita expositis, operæ precium erit deinceps videre de eo, quod interest, quod omnino differt à precio, a) pœna, b) & usura. c)

a) quia precium, b. e. estimatio, ut recte interpretatur Ascon. Poedian. com. ad 3. Verrin. quodam genere ipsares videatur, l. quod si nulla, 8. & l. seq. ff. de hered. vel alt. vend. l. fissuris, 21. §. cum per venditorem, l. Areseusa 43. ff. de alt. empt. Id verò quod interest utilitas quedam est circarem conservans, & adventicia d. & cum per venditorem, l. ult. ff. de Prat. stip. b) quia pœna semper est certa, ideoq; conditione certi petitur, l. si quis certum 24. ff. debet cred. §. ult. Inst. de V. O. etiam interdum cum nihil interest l. stipulatio ista 38. §. alteri, v. planè, ff. de V. O. interdum est & pœna, & id quod interest, l. prædio 28. ff. de alt. empt. l. si quis à socio, 41. ff. pro soc. Verum id quod interest, semper est incertum. c) quia omnis usura certum habet modum leg. definitum, l. eos qui 26. §. super C. de usur. & usura ferè in quantitate dicis olet. l. nummis 3. ff. de in lit. jur. l. socium 60. ff. pro soc. Id quod interest in corpore aut facto.

X.C.

Precipue verò videndum erit de celebri illâ quæstione & ad explicandum perdifficili, Sitne id quod interest in obligationibus faciendi? Videtur enim multis non esse, qui acriter contendunt, si non fiat id, quod convenit promissorem nō ad id quod interest, sed præcisè teneri ad factum, ut in obligationibus dandi præcisè tenetur ad dandum.

Sane de obligationibus dandi nulla est controversia: cum alius non sit in obligatione, quam ut detur id, de quo convenit, ideoq; nec alius in petitione vel solutione esse potest. pr. l. quib; mod. toll. oblig. l. prout 8o. ff. de solut. Cuius rei usus in feudi eximus. Quippe si dominum, factum à jam investitur abuso à ante subsecutam traditionem peniteat, nequam liberabitur prestatione eius quod interest: sed omnino cogitur investituram adimplere & abuso in vestitum in possessionem feudi immittere, de quo in vestituram fecit. Textus sunt clari F. i. c. 4. F. 2. c. 7. §. fin. & c. 26. §. si facta.

XCI.

Differi sane nemo possit, naturam stipulationum hanc esse, ut iis ea tantum continantur, quæ palam verbis fuerint expressa: quæ non, intelligantur omilia aut prætermissa à contrahentibus.

l. quis

*I. quicquid astrigende 99. ff. de V. O. I. sita stipulatio 26. §.  
Chrysogonus, v. plerung, ff. eod. quib. testib. addi potest vetus illa lex  
XII. Tab. Cum nexum faciet mancipiumq; ut lingua nuncupasset, ita  
jus esto. Festus in verb. Nnncupata.*

*XCII.*

*Unde rectè scribit Ulpianus ad factum præcisè aliquem  
compelli, sive res domino sit restituenda, a) sive opus sit destru-  
endum, b) sive judicium sit accipendum, c)*

*a) l. quirestituere 68. ff. de R. V. b) l. i. §. i. verb. & ideo hoc de-  
struere cogitur, ff. de op. nov. nunc. c) l. sed & ha persona, 35. §. defen-  
dente, v. & Julianus, ff. de procurate.*

*XCIII.*

*Quin & ipsa divisio stipulatiouum suadere videtur in  
obligationem venire factum ipsum, non verò id quod interest.*

*Nam in l. fin. C. de Novat. clarissimis verbis cantum est, ne  
nulla hodie novatio fiat, nisi hoc differi agatur à contrahentib. iam  
verò si facti promissor non ad factum præcisè, sed ad id, quod interest,  
ranton esse obligato, circa manifestam conventionem aliqua adhuc  
hodiè fieret novatio, de qua nihil actum esset, atq; ita obligatio dandi  
succederet in locum obligationis facienti.*

*XCIV.*

*Quicquid autem sit, contraria sententia tutius approba-  
bitur, illa videlicet: In stipulationem faciendi venire id quod inter-  
est, ideoq; etiam in hoc genere dividit stipulationem alias individuam,  
ut si plures sint heredes promissor, pro parte hereditariā quisq;  
præstando id, quod interest, liberetur.*

*I. stipulationes non dividuntur 72. ff. de V. O. Dico: Quemque  
ex heredib. pro parte hereditariā præstando id quod interest liberari.  
Quod non sit est accipendum, quasiū inter stipulationes dandi  
& faciendi nulla futura sit differentia. Nam & hoc casu differre has  
stipulations, velinde liquet, quod in stipulatione dandi heredes semper  
pro parte teneantur & pro parte liberentur: ex stipulatione vero faci-  
endi non semper pro parte liberentur. Sanè si ipsum factum' prestare  
malint, non liberantur pro parte, sed unusquisq; in solidum tenetur  
factum prestare, l. 2. §. item si in facto. l. cum excusa 139. ff. de V.  
O. Si vero non ipsum factum, sed id quod interest solvere malint, idq;  
ab iis exigatur: hoc demum casu solo pro parte liberantur. quia hoc est  
dividuum & prestationem partium recipit, factum ipsum non item.*

*XCV. Cu-*

XCV.

Cujus sententia author primus fuit Tubero, à Celso hoc nomine laudatus, qui celsus Tuberonis vestigia adorans ita senit & scripsit de omnib. faciendi obligationibus.

d. l. 72. l. si quis ab alio 13. ff. de re judicet. Tantum inter Praetoriis & ceteras stipulationes hec est diversitas, quod illa possint procuratio nomine contrahere: non etiam cetera.

XCVI.

Potè cum hoc negotium sit & intricatum valde & subtile, diligentissimè advertendum est, an factum sit in obligatione, an id quod interest, an utrumq; simul. Sanè si consideres verba stipulationis, ipsum factum stipulatione continetur & debetur, sed ita, ut peti non possit.

Hoc vero neq; novum esse, neq; absurdum, argumento si legatum penus, de quo Paulus l. si penum 24. ff. quando dics legat. ced.

XCVII.

Id verò quod interest, verè debetur, & certi juris est, illud post moram esse solum in obligatione, solum peti posse, solum præstari & solvi.

Atq; hac causa est, cur in his faciendi obligationib. dicatur id quod interest contineri l. quotiens 81. ff. de V. O. in id quod interest esse agendum, l. si ita stipulatus 97. l. possum. ff. eod. l. ult. ff. si quis in ius voc. in id condemnandum l. si quis ab alio 13. ff. de re judicet pecuniam dari oportere, l. stipulationes non dividuntur 72. 9. si quis, ff. de V. O. nunquam verò dicatur agi ad factum, nunquam deberi.

XCVIII.

Promissor verò operis si post moram, hoc est, post tempus tantum, quo potuerit opus perficere, id fecerit, siquidem ante item contestatam adhuc fecerit, liberatur: si verò postea, non liberatur.

l. si insulam 84. l. continuu 137. §. item qui insulam, ff. de V. O. Ratio cur emendatio mora locum habeat ante item contestatam est illa, q; cum debitor post mora solvit aut præstari id, ad quod est obicitus, nec quicquam habeat, quod conqueratur creditor: aequitas postular, ut contingat liberatio per solutionem rei debite. Cur autem post item contestatam non amplius sit locus purgationis mora, neq; libereatur debitor, rationes ha sunt, I. quia per hanc contestationem si a novatio b.c. per iudicium & item incipiat deberi nova obligatione id, quod antea debetur

F

batur

batur ex alia, l. alias 29. ff. de novat. quia nova obligatio credidetur  
sive stipulator semper acquiesca, non potest ei invito adimi per debitorem  
postea offerentem. II. quia improbus videatur, qui maluit litigare,  
quam solvere, is maxime, qui adjudicium provocavit, l. si quis soluti-  
oni 24. ff. de usur.

XCIX.

Plerique Glossographi statuerunt utrumq; et factum scilicet  
Quidquid interest, verfar in obligatione, ita ut peti utrumq; pos-  
sunt non quidem simul, sed alternativae.

per l. teneat 6. verb. agam ex vendito, ut reficias ff. de att. empti.  
Rationes addunt I. quia factum sit promissum. II. quia prestanto  
factum tollatur obligatio, l. si quis i. 13. ff. rejud.

C.

Quibus assentiti non possunt. Nam cum iam constet  
commisiam esse stipulationem, ut quanti intersit, tanti estime-  
tur negligentia: non potest dici amplius in obligatione esse fa-  
ctum, sed potius facti non praestiti estimationem.

d. l. si quis i. si Kalendis 11. ff. de re jud. d. l. ult. ff. si quis in ius  
voc. l. si ita stipularis, 112. §. 1. ff. de V. O. Hinc est quod dictere ex  
omni stipulatione facti, nisi certa ac definita panasit expressa, incerta  
conditionem, qua ex stipulati alio vocatur, competere, l. ubi autem  
75. §. quidquid, ff. de V. O.

F I N I S.

---

SENECA


in procem. contr.

Nihil est iniquius his, qui nusquam putant  
esse subtilitatem, nisi ubi nihil est prater  
subtilitatem.









X2617645

Von



B.I.G.



### Farbkarte #13

S. Trias  
ortat!  
conclusiones

GATIONI-  
IIS ET INDI-  
u & usu in jure civili,  
& feudali

. in percelebri Salana  
ordine

ESSIDIO

76.

S S V E V I I  
fforis,

mis IN U T R O Q U E  
& privilegiis

ris locoq; notis examinadas  
nit

U S Sigmann  
ngus.

NÆ,  
c i Rauchmaulſ.

1613.